UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661**

Vigesima septima causa. Edocet an sponsas ducant ter nona voventes.
Duæ quæstiones vigesimæ septimæ causæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

tantum periculum animæ pertinere ſuperſtitioſas temporum obſervationes, ut huic loco ſubjecerit Apoſtolus, [Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laboraverim in vobis.] Quod cùm tanta celebritate atque auctoritate per orbem terrarum in eccleſiis legatur, plena ſunt tamen conventicula noſtra hominibus, qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iam verò, ne aliquid inchoëtur, aut ædificiorum, aut hujuſmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant, ſæpe etiam nos monere non dubitant.

1 ¶ Intelligat] *B. Auguſtinus explanans ea verba Apoſtoli ad Gal. 4.* Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos: *ipſa tam ad gentiles, quàm ad Iudæos referri poſſe demonſtrat, tum ſubjungit.* Ergo eligat lector, utram volet ſententiam, dummodo intelligat ad tantum, &c.

C. XVIII. ¶ *Sine incantatione herbas vel petras licet habere.*

*Item* Hieronymus.

DAnonium *a* ſuſtimenti licet petras vel herbas habere ſine incantatione.

¶ *Iuvonardus etiam, & Ivo citant ex dictis Hieronymi, ſed Polycarpus auctorem non nominat.*

## CAVSA XXVII.

QVidam votum caſtitatis habens deſponſavit ſibi uxorem: illa priori conditioni renuntians, tranſtulit ſe ad alium, & nupſit illi: ille, cui prius deſponſata fuerat, repetit eam.

1 *Hic primum quæritur, an conjugium poſſit eſſe inter voventes.*

2 *Secundò, an liceat ſponſæ à ſponſo recedere, & alii nubere.*

## QVÆSTIO I.

QVod voventes matrimonia contrahere non poſſunt, multis auctoritatibus probat.

C. I. ¶ *Excommunicentur viduæ, quæ religioſo habitu nuptias elegerint.*

In concilio namque Carthaginenſi quarto, *cap. ult. ſtatutum invenitur de viduis, quæ profeſſam* b *continentiam prævaricatæ ſunt.*

SIcut bonum *c* eſt caſtitatis præmium, ita & majori obſervantia, & præceptione cuſtodiendum eſt, ut ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & immatura 1 ætate à viro relictæ, ſe devoverint Domino, & veſte laicali abjecta, ſub teſtimonio Epiſcopi & eccleſiæ in religioſo habitu apparuerint, poſtea verò ad nuptias ſæculares tranſierunt, ſecundùm Apoſtolum damnationem habebunt, quia fidem caſtitatis, quam Domino voverunt, irritam facere auſæ *d* ſunt. Tales ergo perſonæ à Chriſtianorum communione ſequeſtrentur, neque 2 convivio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ 3 conjuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ, quantò magis viduæ, quæ religioſitatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, ſi devotionem, quam Deo ſponte, non coactæ obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, & ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ etſi violentia irruente ab aliquo oppreſſæ *e* fuerint, ac poſtea delectatione libidinis permanere in conjugio raptori vel violento viro conſenſerint, damnationi ſuperius comprehenſæ teneantur *f* obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: *g* [Cùm luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.]

1 ¶ Immatura] *In variis conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus, & Sorienſi regio legitur,* matura. *Ivo habet* in matura.

2 ¶ Neque convivio] *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis Gratiani exemplaribus, expunctis verbis illis,* donec ad bonum, quæ cœperant, revertantur: *quæ ex capite ſequenti videntur huc fuiſſe tranſlata. In conciliorum autem impreſſis & manuſcriptis codicibus, legitur:* Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in convivio communicent.

3 ¶ Adulteræ] *Sic eſt emendatum ex memoratis conciliorum exemplaribus. Nam antea legebatur:* Nam ſi adulterii conjuges reæ ſunt, ſi ſuis obnoxiæ viris non fuerint, quantò, &c.

C. II. ¶ *De viduis & virginibus, quæ à religionis propoſito diſcedunt.*

*Item ex epiſtola* Gregorii *miſſa ad Bonifacium.*

VIduas *a* à propoſito diſcedentes viduitatis, ſuper quibus nos conſulere voluit dilectio tua, frater chariſſime, credo te noſſe à ſancto Paulo, *b* & à multis ſanctis Patribus, niſi convertantur, olim eſſe damnatas. Quas & nos Apoſtolica auctoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus eccleſiæ arcendas fore cenſemus, uſquequò obediant Epiſcopis ſuis, & ad bonum, quod cœperunt, invitæ, aut voluntariæ revertantur. ¶ De virginibus autem non velatis, ſi deviaverint, à ſanctæ memoriæ prædeceſſore noſtro Papa Innocentio, taliter decretum habemus: [Hæ *c* verò, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, ſi nupſerint, aliquanto tempore his agenda pœnitentia eſt: quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolent bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi; quantò magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine vindicta non poterit? &c.] ¶ Si virgines nondum velatæ taliter pœnitentia publica puniuntur, & à cœtu fidelium uſque ad ſatisfactionem excluduntur, quantò magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris ſapientiæ atque conſilii exiſtunt, virorumque conſortio multoties uſæ ſunt, & habitum religionis aſſumpſerunt, & demum apoſtataverunt, atque ad priorem vomitum ſunt reverſæ, à nobis, & ab omnibus fidelibus à liminibus eccleſiæ, & à cœtu fidelium uſque ad ſatisfactionem ſunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter juxta Apoſtolum *d* Paulum tradentes hujuſmodi hominem Satanæ, ut ſpiritus ejus ſalvus ſit in die Domini? De talibus enim & Dominus per Moyſem loquitur, dicens: *e* [Auferte malum de medio veſtri.] De quibus & per Prophetam ait: *f* [Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam: manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.] De talibus namque, & eorum ſimilibus, atque eiſdem conſentientibus dicitur: *g* [Quia non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, rei ſunt.]

¶ *Sic etiam citant cæteri collectores. Habetur autem & paulò etiam copioſius in capitularibus adjectis, c. 215.*

C. III. ¶ *Tranſire non poſſunt viduæ & virgines poſt religionis propoſitum ad nuptias.*

*Item ex decreto* Gelaſii Papæ *ad Sicilienſes Epiſcopos miſſo, cap. nono.*

NEque *h* viduas ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito diuturna obſervatione permanſerunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas

a *Poly. l. 6. tit. 12. Burch. l. 10. c. 50. Ivo p. 11. c. 75.* b *al. promiſſam.* c *Burch. l. 8. c. 39. Ivo p. 7. c. 58. & 147. 1. Tim. 5.* d *al. auſa.* e *al. preærepta.* f *al. tenebuntur.* g *1. Tim. 5.*

a *Sent. 4. diſt. 38. Anſelm. l. 11. c. 177. Burch. l. 8. c. 45. Ivo par. 7. cap. 63. Pannorm. l. 3. c. 204.* b *1. Tim. 5.* c *Infrà ead. Hæ verò.* d *1. Corinth. 5.* e *Deut. 13.* f *Pſal. 57.* g *Rom. 1.* h *Poly. l. 4. tit. 35. Burch. l. 8. cap. 46. Ivo pa. 7. c. 64. & 144. Pann. l. 3. c. 203.*

annis plurimis in monaſteriis ætatem peregiſſe contigerit.

C. IV. ¶ *Ex quolibet ſenſu corporis mulier corrumpi poteſt.*

*Item* Cyprianus *ad Pomponium de virginibus.*

NEc aliqua putet ſe poſſe hac excuſatione defendi, quòd inſpici & probari poſſet, an virgo ſit: cùm & manus obſtetricum, & oculi ſæpè fallantur: & ſi incorrupta inventa fuerit virgo ea parte, qua mulier poteſt eſſe, potuerit tamen ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt. Certè ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & conjacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantum dedecoris & criminis confiteatur? Si superveniens maritus ſponſam ſuam jacentem cum altero videat, nónne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem *a* fortaſſis & gladium in manum ſumit? Quid Chriſtus Dominus & judex noſter, cùm virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam, jacere cum altero cernit, quàm indignatur & iraſcitur? & quas pœnas inceſtis ejuſmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium ſpiritalem, & venturum judicii diem unuſquiſque fratrum poſſit evadere, omni conſilio providere & laborare debemus.

C. V. ¶ *De eodem.*

Idem *in eadem epiſtola.*

QVòd ſi pœnitentiam hujus illiciti concubitus ſui egerint, & à ſe invicem receſſerint, inſpiciantur iterum 1 virgines ab obſtetricibus diligenter: & ſi virgines inventæ fuerint, accepta communione ad eccleſiam admittantur: hac tamen interminatione, ut ſi ad eoſdem maſculos poſtmodum reverſæ fuerint, aut ſi cum eiſdem in una domo, & ſub eodem tecto ſimul habitaverint, graviore cenſura ejiciantur, nec in eccleſiam poſtmodum facilè recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint, & deprehenſæ, agant pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt: & ideò æſtimato juſto tempore, poſtea exomologeſi facta ad eccleſiam redeat. Quòd ſi obſtinatè perſeverant, nec ſe ab invicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione nunquam à nobis admitti in eccleſiam poſſe: ne exemplum cæteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant: nec putent ſibi vitæ, aut ſalutis conſtare rationem, ſi Epiſcopis & ſacerdotibus obtemperare noluerint.

1 ¶ Iterum] *In codicibus Cypriani impreſſis, & octo manuſcriptis, quæ Romæ ad operum ipſius emendationem collata fuerunt legitur,* interim: *quæ varietas notatur etiam in gloſſa.*

C. VI. ¶ *Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum ſanctimoniali mœchatus fuerit.*

*Item ex* ſexta ſynodo *in Trullo, c.4.*

I. SI quis Epiſcopus, Presbyter, Diaconus aut Subdiaconus, aut lector, aut pſalmiſta, aut oſtiarius cum muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur; quia ſponſam Chriſti corrupit: ſi verò laicus, excommunicetur.

C. VII. ¶ *Viduæ & puellæ, quæ poſt religionis habitum nubunt, à communione ſuſpendantur.*

*Item ex* concilio Toletano quarto, *c.8.*

DE *b* viduis & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis tam à parentibus, quàm per ſe mutaverunt, ſi poſtea contra inſtituta patrum, vel præcepta canonum conjugia crediderint copulanda, tamdiu utræque *c* habeantur à communione ſuſpenſæ *d*, quouſque, quod illicitè perpetraverint, emendent. Q[uod] ſi emendare neglexerint, à communione, & omni Chriſtianorum convivio, perpetuò ſint ſequeſtra[tæ].

¶ *In conciliis Toletanis non eſt inventum. Eſt autem in Capitular. c.338.*

C. VIII. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Martini Papæ.

VIduas *a* autem velare Pontificum nullus a[ttentet], prout ſtatutum eſt in decretis Gelaſii Papæ capi[tulo] xiii. quod nec auctoritas divina, nec canonum for[ma con]ſtituit. Quòd ſi propria fuerit voluntate continen[tiam] profeſſa, in ejuſdem Gelaſii capitulo xxi. legitur, [quod in]tentio pro ſe reddat rationem Deo: quia ſicut ſe[cundum] Apoſtolum *b*, ſi ſe continere non poterat, nul[latenus] nubere vetabatur, ſic ſecum habita deliberatione p[romiſ]ſam fidem pudicitiæ Deo debet cuſtodire. Nos 2 [au]tem auctoritate Patrum ſuffulti, in hoc ſancto co[ncilio] ſancimus, & liberè judicamus, ſi ſponte velamen, [quam]vis non conſecratum, ſibi impoſuerit, & in eccleſi[a inter] velatas Deo oblationem obtulerit, velit nolit, ſancti[mo]niæ habitum ulterius habere debet, licet ſacrament[o con]firmare velit, eo tenore & ratione ſibi velamen [impoſitum] fuiſſe, ut iterum poſſet deponere.

¶ *Abeſt caput hoc à nonnullis Gratiani exemplaribus. [Bur]chardus & Ivo citant ex concilio Moguntino, cap. 1. [...] concilio Triburienſi, c.25. In hoc autem capite, & duobus [...]bus citantur decreta Gelaſii, ut ſunt in codice, canonum.*

1 ¶ Capitulo xiii.] *Sic eſt in codice canonum [...] verò ejuſdem prima Epiſcopis per Lucaniam eſt c. [...] poſt, quod eſt in capitulo 21. in eodem codice, in epiſtol[a ...]*

2 ¶ Nos autem] *In concilio Triburienſi legitur: [...]* ctoritate paternæ ſuffulti ſententiæ in hoc ſacro [...]tu ſancimus, &c. *Hæc verò eadem de vidua, quæ ſibi [vela]men non conſecratum impoſuit, habentur in decretalibus [...] tit. de regul. Quod in codicibus impreſſis citatur ex concilio [...]latenſi. In prima autem collectione, & vetuſtis codicibus [...]rianis ex Arelatenſi.*

C. IX. ¶ *De his, quæ votum virginitatis [...]tes nubunt, necdum ſacro velamine tectæ.*

*Item ex decretis* Innocentii Papæ, *c. c. 21. in codice canonum, & epiſtola 2. ad Victricium, c. 13.*

HÆ verò quæ necdum ſacro velamine tectæ, [tamen] in propoſito virginali ſemper ſe permanere ſim[ula]runt, licet velatæ non fuerint, ſi fortè nupſerint, [his agen]da 1 aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio [ea]rum à Domino tenebatur. Si enim inter homines [...] bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quan[to ma]gis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine [vin]dicta non debet *d*? Nam ſi Apoſtolus *e* illas, [quæ à] propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit habere con[demna]tionem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto [ma]gis virgines, quæ pactionis *f* ſuæ fidem minuere [...]runt?

1 ¶ His agenda] *Sic eſt emendatum ex codice canonum [...] ſtola & concilio Turonico: & ſic legitur, ſuprà ea c. vidua. [...] enim loco etiam in manuſcriptis erat,* ad agendam aliqu[anto] tempore pœnitentiam ſit liberum.

C. X. ¶ *Non ſunt admittendæ ad pœnitentiam virgines ſacræ ſi publicè poſtea nupſerint.*

*Item ex decreto* g ejuſdem, [*cap. 19. in codice canonum:*] *in epiſtola autem ad Victricium, c.12.*

a *al. livorem.* b *Cap. l.7.c.338. Bur. l.8.c.48. Ivo p.7. ca.66.* c *al. utriq.* d *al. ſuſpenſi.*

a *Anſelm. l.7.c.200. Burch. l.8.c.30. Ivo p.7.c.51. Panorm. [...] c.197.* b *1. Cor.7.* c *& in conc. Turon. co. 2. c. 21.* d [...] *poteſt.* e *1. Tim.5.* f *al. prioris pactionis fidem.* g [...] *concilio Turonico, ibidem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QVæ Chriſto *a* ſpiritualiter nubunt 1, & à ſacerdote velantur, ſi publicè poſtea 2 nupſerint, non eas admittendas eſſe ad pœnitentiam agendam, niſi hi, quibus ſe junxerant, à mundo receſſerint. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcunque vivente viro alteri nupſerit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi unus de eis fuerit defunctus: quantò magis de illa tenenda eſt, quæ antè immortali ſponſo conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigravit?

1 ¶ Nubunt] *In antiqua editione conciliorum, & epiſtolarum, & codice canonum impreſſo legitur,* nupſerint: *ſed in duobus ipſius manuſcriptis,* nubunt: *poſt quod verbum in omnibus ſequitur,* & à ſacerdote velantur, *ideoq; ſunt addita.*

2 ¶ Si publicè poſtea] *In epiſtolis olim Coloniæ ac Lutetiæ impreſſis legitur,* ſi poſtea nupſerint, vel publicè, vel occultè corruptæ fuerint: *In editione conciliorum Colonienſi duobus & nobis uno,* ſi poſtea vel nupſerint publicè, vel occultè corruptæ fuerint. *In poſtrema autem quatuor tomorum,* ſi poſtea vel publicè nupſerint, vel ſe clanculò corripuerint.

C. XI. ¶ *Ab eccleſia eliminandæ, & ergaſtulis retrudendæ ſunt monachorum vel monacharum impudicæ perſonæ.*

*Item ex* concilio Tribarienſi, *c.6.*

IMpudicas *b*, deteſtabileſque perſonas monachorum, atque monacharum, quæ abjecto propoſito ſanctitatis, illicita, atque ſacrilega contagione ſe miſcuerunt, & in abruptum 1 conſcientiæ deſperatione perductæ, de illicitis complexibus liberè filios procreaverint, à monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe mandamus: quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis, tantum facinus lamentatione continua deflentes purificatorio poſſint igne pœnitudinis decoqui, ut eis vel ad mortem ſolius miſericordiæ intuitu per communionis gratiam poſſit ſubveniri.

¶ *Caput hoc habetur in epiſtola prima Syricii, & in codice canonum eſt c.15. inter decreta ipſius: quem etiam citant Burchardus & Anſelmus. Pars tamen aliqua hujus capitis eſt in c. ſi quis ſacro infra, eadem, quod quidem habetur in concilio Triburienſi, quod extat.*

1 ¶ Abruptum] *Sic eſt emendatum ex multis editionibus epiſtolarum Syricii, & codice canonum. Antea enim legebatur,* in arbitrium conſcientiæ propria deſperatione.

C. XII. ¶ *Monachus & virgo Domino conſecrata, ſi nupſerint, excommunicentur.*

*Item ex* eodem.

VIrginem *c*, quæ ſe Deo conſecraverit, ſimiliter & monachum decernimus non licere nuptialia jura contrahere. Quod ſi hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decernimus, ut habeat auctoritatem ejuſdem loci Epiſcopus miſericordiam, humanitatemque largiri.

¶ *Hoc eſt xvi. caput concilii Chalcedonenſis ex verſione Dionyſii: cujus pars citatur infrà, ca. ſacro.*

C. XIII. ¶ *Dum vivunt, lamentis pœnitentiæ ſe affligant, qui ſanctimonialibus ſcientes copulantur.*

*Item ex* eodem.

HI *d* ergo, qui ſanctimonialibus ſcientes matrimonio ad injuriam Chriſti copulati ſunt, juxta cenſuram zeli Chriſtiani ſeparentur, & nunquam eis concedatur conjugali vinculo religari, & in pœnitentiæ lamentis ſe vehementer, dum vivunt, afficiant.

¶ *Caput hoc à Burchardo & Ivone Paſchali tribuitur.*

C. XIV. ¶ *A ſacra communione priventur, qui ſacris virginibus ſe ſociant.*

*Item ex* eodem.

VIrginibus *a* ſacris ſe quoſdam temerè ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere. Quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatamque pœnitentiam omninò non recipi. Sed tamen his viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi dignè *b* pœnituerint, non negatur.

¶ *Caput hoc in epiſtola prima Gelaſii eſt num. 22. & in codice canonum inter ipſius Decreta cap. 20. Refertur quoq; in Capitularibus l.1.c.106. & in Polycarpo Galaſii nomine.*

C. XV. ¶ *In monaſterio revocetur, ac recludatur, quæ à fornicatione recedere noluerit.*

*Item* Gregorius.

PErvenit ad nos, quòd quidam vir nequiſſimus, diabolico inſtinctu de monaſterio ſuaſerit exire quandam Deo ſacratam, atque à quodam viro, unde exierat, ſit revocata: rurſuſque eam mulierem vir ille nequiſſimus iniqua ſuaſione de monaſterio ejiciens, apud ſe retineat impudicè. Volumus autem, ut epiſcopatus tui auctoritate in monaſterio revocetur, atque recludatur.

*De hac eadem re videtur ſcripta epiſtola Mariniano Epiſcopo, l.8. regeſti, epiſt.9. Caput tamen hoc vel ex alia epiſtola eſt acceptum, vel in eo multa ſunt immutata.*

C. XVI. ¶ *Non eſt viduis fas poſt ſuſceptum velamen à ſacro propoſito diſcedere.*

*Item ex* concilio Aurelianenſi, *c.3.*

VIduas *c*, quæ ſpontanea voluntate ab altari converſionis ſacræ velamen ſuſcipiunt, decrevit ſancta ſynodus in eodem propoſito permanere. Non enim fas eſſe decernimus, poſtquam ſe Domino ſemel ſub velo conſecraverint, iterum eis concedi Spiritui Sancto mentiri.

C. XVII. ¶ *Qui ſacro velamine tectam in conjugium ducit, anathema ſit.*

*Item ex* eodem. *d*

II. SI quis *e* ſacro velamine conſecratam in conjugium duxerit, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcuerit, ut in conſtitutis Gelaſii Papæ capitulo vigeſimo *f* legitur, protinus eſt æquum eos à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatamque pœnitentiam omninò non recipi. Si tamen pœnituerint, tranſeuntibus de ſeculo viaticum non negetur. In Chalcedonenſi concilio, cap.xvi. [Hoc perpetrantes excommunicentur: confitentibus autem auctoritate Epiſcopi miſericordia largiatur.] Item in epiſtola Syricii Papæ, cap.6. *g* ¶ [Velatæ, & Deo conſecratæ, ſi abjecto propoſito ſanctitatis clanculò ſacrilega ſe contagione miſcuerint, & illicitis complexibus publicè & liberè filios procreaverint, has impudicas, deteſtabileſque perſonas à monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe judicatum eſt: quatenus retruſæ ergaſtulis, tantum facinus continua lamentatione defleant.] Vnde & verbis Domini, & canonica auctoritate in hac ſancta ſynodo præcipimus, ut omninò ſeparentur, & juramento colligentur, ut ulteriùs non ſub uno cohabitent tecto.

a *Sext. 4. diſtinct. 31. Poly. ibid. & l.6. tit.20. Burchard. l.8. c.13. Ivo p.7. c.17.* b *Poly. l.4. tit.34. Anſelm. l.7. cap.188. Burch. l.8. c.29.* c *Poly. ibid. Burch. l.8. c.30.* d *Burch. lib.8. cap.31. Ivo p.7. c.50.*

a *Polyc. lib.6. tit.20. Burch. l.8. c.32. Ivo p.7. c.51.* b *al. ſi tamen.* c *Burchard. lib.8. cap.35. Ivo p.7. c.34. Pannor. l.3. c.198.* d *Concil. Tribur. cap.23.* e *Burchard. l.8. cap.38. Ivo p.7. c.57.* f *in codice canonum: ſed in concil. tom.2. habetur c.22.* g *Sup. ead. impudicas.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Burchardus etiam & Ivo citant ex concilio Aurelianenſi. Habetur autem in Triburienſi, c. 13.*

C. XVIII. ¶ *Ad habitum redire cogatur, & recludatur in monaſterio, quæ religioſam veſtem abjecit.*

*Item* Gregorius *Vitaliano Sipontino Epiſcopo, lib. 7. ind. 1. epiſt. 9.*

SI cuſtos *a* religioſi habitus *b*, aut eſſe noſſes Epiſcopus, filiam glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militiæ, te illic poſito, nec projectis religioſis veſtibus ad ſecularem reverti habitum, nec ad nos licuiſſet perverſam epiſtolam deſtinare. Sed quia nimia deſidia, ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præſens illicita impunè commiſſa eſt. Nam ſi, ut præfati ſumus, ſollicitus extitiſſes, prius ad nos ultio mulieris praviſſimæ, quàm culpa, debuit pervenire. Quia ergo tantum hebes, tantumque es negligens, ut niſi canonicam in te fueris coërcitionem expertus, in aliis diſtrictionem *c*, & diſciplinam neſcias cuſtodire, qualiter debeas eſſe ſolicitus, congruo tibi, ſi Domino placuerit, tempore demonſtrabimus. ¶ Præſentia igitur ſcripta ſuſcipiens, evigila, & excitatus ſaltem exequere, quod preſſus uſque nunc ignavia diſtuliſti. Inſtantiæ ergo tuæ ſit prædictam mulierem unà cum Sergio defenſore noſtro comprehendere, & ſtatim non ſolùm ad malè contemptum habitum ſine excuſatione aliqua revocare, ſed etiam in monaſterio, ubi omninò diſtrictè valeat cuſtodiri, detrudere, & ita omnem circa illam ſollicitudinem exhibere, ut quàm ſit nefarium quod commiſit, ex tua poſſit diſtrictione cognoſcere. Qua in re, ſi quis (quod non credimus) laicorum *d* aliquo tibi ingenio tentaverit obſiſtendum, à ſacratiſſimæ eum communionis participatione ſuſpendere, nobiſque renunciare feſtina: ut quantum ſit execrabile quod præſumpſerit, poſtquam conſideratione propria non advertit, emendationis qualitate cognoſcat. In his autem omnibus ita cautum ſtude te, vigilantemque oſtendere, ut culpam tuam non geminare neglectus, ſed aliquantiſper valeat ſollicitudo minuere.

C. XIX. ¶ *Diſtrictæ cuſtodiæ tradatur, qui à religionis propoſito ad ſæcularem habitum redut.*

Idem *Sergio defenſori, lib. 7. indict. 1. epiſt. 10.*

SI homo eſſes, aut aliquam diſcretionem habuiſſes, ita regularis diſciplinæ debuiſti cuſtos exiſtere, ut ea, quæ illicitè committuntur, antè vindicta corrigeret, quàm ad nos eorum nuntius pervenerit. Sed dum te facit nimia ſtultitia negligentem, non ſolùm de illis offendimur, ſed etiam ad ulciſcendam deſidiam tuam nihilominus provocamur. Omni ergo dilatione, omniqueexcuſatione poſtpoſita, filiam glorioſæ memoriæ Tulliani magiſtri militiæ, quæ projectis, quas ſponte aſſumpſerat, religioſis veſtibus, indumentis ſe laicis deturpavit, unâ cum fratre & Coepiſcopo noſtro Vitaliano feſtina comprehendere, atque ad religioſum rurſus habitum revocare, ac in monaſterium mittere, ubi diſtrictè omninò valeat cuſtodiri: nec ejus cuſtodiam aliquatenus relevari permittas, quouſque denuò noſtra ſcripta ſuſceperis. Nam ſi quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris, ita in te diſtrictiſſimè noveris vindicandum, ut quod ex te neſcis, pœna poſſis reſerante *f* cognoſcere: quia ſi, ut diximus, intellectum hominis habuiſſes, hæc, quæ modò facere præciperis, à te debueramus etiam cum ultione antè facta cognoſcere.

a *Burch. l. 8. cap. 49. Ivo p. 7. c. 67.* b *al. habitus fuiſſes.* c *al. diſciplinæ diſtrictionem.* d *al. clericorum, vel.* e *al. ſuſpende.* f *al. reſecante.*

C. XX. ¶ *Non tribuitur reis licentia nubendi, qui continentiam ſervare decreverunt.*

*Item* Auguſtinus *de conflictu vitiorum & virtutum, c. 24.*

NVbendi *a* licentia quibuſdam tribuitur: illis videlicet, qui virginalem vel vidualem caſtimoniam nequaquam profeſſi ſunt. Quibuſdam autem non tribuitur, illis videlicet, qui virgines, vel continentes eſſe devoverunt. Fornicatio autem nulli impunè conceditur.

C. XXI. ¶ *Pejores ſunt adulteris, quæ continentiæ propoſitum violant.*

Idem *in libro de bono conjugii.*

MEliore propoſito lapſas, ſi nupſerint, fœminas à caſtitate ſanctiori, quæ vovetur Deo, adulteris eſſe pejores manifeſtum eſt.

¶ *Verba ipſa B. Auguſtini ex libro de bono viduitatis habentur infrà ead. c. nuptiarum. verſ. Quapropter non poſſum. Apud* [illegible] *dam verò ad c. 7. 1. ad Corinthios, locus Auguſtini paulo* [illegible] *refertur.*

C. XXII. ¶ *Monachus & virgo, qui ſe Deo dedicant, nuptiis jungi non poſſunt.*

*Item ex* concilio Chalcedonenſi, *c. 16.*

1. SI *b* qua virgo ſe dedicaverit Deo, ſimiliter monachus, non licet eis nuptiis jungi. Si verò inventi fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. [illegible] tuimus verò eis poſſe fieri humanitatem, ſi ita probaverit Epiſcopus loci.

¶ *Hic eſt idem canon, qui ſuprà, ead. c. virginem.* [illegible] *Sed illa eſt verſio Dionyſii, hæc verò priſca, ex qua etiam ſunt* [illegible] *ſequentia capitula.*

C. XXIII. ¶ *Diaconiſſa, quæ poſt ordinationem nubit, anathema ſit.*

*Item ex* eodem, *c. 15.*

DIaconiſſam *c* non debere ante annos quadraginta ordinari ſtatuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si verò ordinationem ſuſceperit, & quantocunque tempore obſervaverit miniſterium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, injuriam faciens gratiæ Dei, hæc anathema ſit cum eo, qui in nuptiis illius convenerit.

C. XXIV. ¶ *Inter bigamos reputantur, qui virginitatem pollicitam prævaricantur.*

*Item ex* ſynodo Ancyrana, *c. 18.*

QVotquot *d* virginitatem pollicitam prævaricati ſunt profeſſione contempta, inter bigamos, id eſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debebunt.

C. XXV. ¶ *Virginibus Deo dedicatis, nec in fine danda eſt communio, ſi libidini ſervierint.*

*Item ex* concilio Eliberitano *f, c. 13.*

VIrgines, quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum perdiderint 1 virginitatis atque eidem libidini ſervierint, non intelligentes, quid amiſerint, placuit nec in fine eis dandam eſſe communionem. Quòd ſi ſibimet 2 perſuaſerint, quòd infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ pœnitentiam egerint, & à coitu abſtinuerint 4, placuit eas in fine communionem accipere.

1 ¶ Perdiderint] *Sic in omnibus hujus concilii codicibus impreſſis & manuſcriptis, qui collati ſunt, ſed in concilio Moguntino ſub Arnulpho, c. 26. (ubi hoc refertur.)* prodiderint.

2 ¶ Sibimet] *In duobus Vaticanis conciliorum codicibus* [illegible] *gitur,* Quòd ſi ſemel perſuaſerint. *in concilio Moguntino* [illegible] Quòd ſi ſemel perſuaſæ ad infirmi corporis vitia [illegible] *in codice Lucenſi Regio.* Quòd ſi ſemel perſuaſæ aut [illegible]

a *Ivo p. 8. c. 72. Pann. l. 6. c. 4.* b *Ivo p. 7. c. 4[illegible]* c [illegible] *tit. 36.* d *Ivo p. 6. c. 351.* e *al. prævaricati.* f *Ex Moguntino tertio, c. 26. in Colon. 1. c. 6.*

corporis lapſu vitiata fuerint, *ſicut eſt in margine concilii Moguntini. In tribus autem conciliorum editionibus Colonienſibus, ac duabus Pariſienſibus legitur,* Quòd ſi ſemetipſas pœnituerit, quod infirmitate, &c.

3 ¶ Toto ] *Abeſt hæc dictio ab aliquot vetuſtis Gratiani, & vetere editione conciliorum Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & duobus codicibus Vaticanis.*

4 ¶ Abſtinuerint ] *In omnibus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, ac Lucenſi regio ſequuntur hæc verba,* eò quòd lapſæ potius videantur, *quæ tamen abſunt à concilio Moguntino.*

C. XXVI. ¶ *Cogatur ad pœnitentiam filia clerici, ſi devota maritum duxerit.*

*Item* ex concilio Martini *a* Bracarenſi, *c.30.*

DE filia Epiſcopi, vel Presbyteri, ſive Diaconi, ſi devota fuerit, & maritum duxerit, ſi eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater verò in concilio cauſas ſe noverit præſtaturum. Mulier verò non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo ſeceſſerit, & pœnituerit, vel petierit communionem, in ultimo fine vitæ deficiens eam accipiat.

C. XXVII. ¶ *Devota, niſi deſierit peccare, non eſt in eccleſia recipienda.*

*Item* ex concilio Toletano I. *b c.16.*

DEvotam peccantem non recipiendam in eccleſia cenſemus, niſi peccare deſierit, & ſi deſinens pœnitentiam egerit aptam annis decem, recipiat communionem. Prius autem, quam in eccleſia recipiatur ad orationem, ad nullius convivium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit, habeatur abſtenta 1. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi aut adhuc ipſo vivente marito caſtè vivere cœperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit.

1 ¶ Abſtenta ] *Sic emendatum eſt ex recentioribus conciliorum editionibus, codice regio Lucenſi, & Martino Bracarenſi, cap.31. qui caput hoc repetit: quamvis in vetere editione Colonienſi uterque tomi, duabus Pariſienſibus, & duobus codicibus Vaticanis ſit,* in abſentia: *quemadmodum etiam in manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

C. XXVIII. ¶ *De monacha, quæ ad lapſum adulterii deducitur.*

*Item* Gregorius *Ianuario Epiſcopo Caralitano, lib.3. epiſt.9.*

2. SI *c* qua monacharum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis prauam conſuetudinem ad lapſum adulterii deducta fuerit, aut in ſtupri fuerit perducta voraginem, hanc poſt competentis ſeveritatem vindictæ in aliud diſtrictius monaſterium virginum in pœnitentia volumus redigi, ut illic orationibus atque jejuniis 1 vacet, & ſic pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum. Is autem, qui cum hujuſmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione privetur, ſi laicus eſt: ſi verò clericus, à ſuo quoque remotus officio pro ſuis continuo lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur.

1 ¶ Iejuniis ] *In pleriſque codicibus epiſtolarum legitur,* atque jejuniis; & ſibi pœnitendo proficiat, &c. *Vetus tamen codex epiſtolarum Vaticanus & Ivo habent quemadmodum Gratianus.*

C. XXIX. ¶ *Poſt dignam pœnitentiam, communionem recipiant, qui in religioſas mulieres excedunt.*

a *Ex concil. Toletano 1. c.19.* b *Et in capitulis Martini, c.31. Capit. l.7. c.234.* c *Ivo p.7. c.123.*



Item *Ianuario Epiſcopo, lib.3. epiſt.24.*

EOs autem, qui in prædictas mulieres, quæ egreſſæ ſunt de monaſteriis, exceſſerunt, & nunc dicuntur communione 1 ſuſpenſi, ſi fraternitas tua de tali facinore dignè pœnituiſſe prævideritr, ad ſacram communionem te volumus revocare.

1 ¶ Communione ſuſpenſi ] *Sic emendatum eſt ex pleriſque vetuſtis Gratiani, & originali ipſo, cùm antea legeretur,* à communione ſuſpendi.

C. XXX. ¶ *De legibus Imperatorum.*

*Item ex novellis* Iuſtiniani Imperatoris *a.*

3. SI *b* quis rapuerit, vel ſollicitaverit, vel corruperit aſſiſteriam 1, vel diaconiſſam, vel monacham *c*, vel aliam mulierem, religioſam vitam vel habitum habentem, bona ipſius, & eorum, qui hujuſmodi ſceleris communione contaminati ſunt, à religioſo loco vindicentur, in quo talis mulier habitabat, per religioſos Epiſcopos, & œconomos, & præſides provinciarum, & officiales eorum, ipſi autem capitali periculo ſubjiciantur. Mulier autem ubique inveſtigetur, & cum ſuis rebus monaſterio cautiori tradatur. Sin autem diaconiſſa fuerit legitimos habens filios, pars legitima liberis ejus legitimis præſtetur.

1 ¶ Aſſiſteriam ] *Omninò legendum eſt,* aſcetriam, *ex novellis tam græcis, quàm latinis, Iuliano anteceſſore & Polycarpo: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

C. XXXI. ¶ *Mulieres caſtè obſervent religioſum habitum, quæ religionis obtentu velantur.*

*Item ex decreto* Eugenii Papæ ſecundi *in concilio Romano, c.29.*

MVlieres *d* obtentu religionis velatæ, aut in monaſterio regulariter vivant, aut in domibus ſuis ſuſceptum habitum caſtè obſervent.

¶ *In concilio, quod extat in bibliotheca Vaticana, hæc ſunt ipſa decreti verba.* Fœminæ verò, quæ habitum religioſum, aut velamen obtentu religioſitatis ſuſceperunt, cùm eſſent viripotentes, deinceps verò ſociari non permittantur: ſed eligentes monaſteria, regulariter vivant, aut in domibus ſuſceptum habitum caſtè obſervent.

C. XXXII. ¶ *Monachus uxorem ducens nunquam ſacri gradus ſortiatur officium.*

*Item* ex concilio Aurelianenſi primo, *c.22. & 23.*

MOnacho orarium in monaſterio, vel zonas habere non liceat. Et ſi poſtea 1 uxori fuerit ſociatus, tantæ prævaricationis reus nunquam eccleſiaſtici gradus officium ſortiatur.

1 ¶ Poſtea] *Sic in vetere editione conciliorum Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & in duobus codicibus Vaticanis. Sed in recentioribus Colonienſibus legitur.* Et ſi poſtea pellici vel uxori.

C. XXXIII. ¶ *Ante profeſſam continentiam nubant viduæ, quibus volunt.*

*Item* Auguſtinus *de bono viduitatis, c.8.*

VIduæ, *e* quæ ſe non continent, nubant, antequam profeſſæ 1 continentiam Deo voveant. Quod niſi reddant, jure damnantur.

1 ¶ Profeſſæ ] *Ita apud Ivonem quoque, & in Pannormia. Sed apud B. Auguſtinum legitur,* antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voveant.

C. XXXIV. ¶ *Non permittatur viduæ poſt profeſſionem continentiæ votum deſerere.*

a *Novella 124. c.64. apud Iulianum anteceſſ.* b *Polyc. l.4. cap.38. Ivo part.7. cap.143.* c *al. monaſtriam.* d *Polyc. lib.4. titul.34. Burchard. lib.8. cap.54. Ivo p.7. c.72.* e *Ivo p.7. c.146. Pann. lib.3. c.200.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Item* Nicolaus *Carolo* a *Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

VIdua *b* quidem, quæ capiti ſacrum velamen impoſuit, ſi inter cæteras velatas fœminas in eccleſia oravit, & oblationes 1 cum illis obtulerit, ſi profeſſa eſt, ſe in eodem habitu permanere, ſpondens nunquam religionis velamen deponere, à religionis obſervantia diſcedere non præſumat.

1 ¶ Oblationes] *In concilio Vormacienſi, apud Ivonem, & in Pannormia legitur*, oblationem: *ſed gloſſa magis ferè convenit voci* oblationes.

C. XXXV. ¶ *Profeſſionem viduitatis coram Epiſcopo factam poſt habitum ſuſceptum nulli violare permittitur.*

*Item* ex concilio Auroſico, *c.27.*

VIduitatis *c* ſervandæ profeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſita coram 1 Epiſcopo veſte viduali, non eſſe violandam: Ipſam 2 talis profeſſionis deſertricem meritò damnandam eſſe decernimus.

1 ¶ Coram Epiſcopo] *Sic etiam apud cæteros collectores. Sed in omnibus editionibus conciliorum, & codicibus manuſcriptis eſt*, à Presbytero.

2 ¶ Ipſam] *In vetere editione conciliorum Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ejus vero repudiatorem, vel ipſam, *& in Colonienſi duorum ac trium tomorum in contextu eſt eadem lectio: in margine verò*, raptorem verò talium, vel ipſam, *quæ lectio in poſtrema quatuor tomorum editione in contextu poſita eſt. Cæteri collectores habent quemadmodum Gratianus.*

C. XXXVI. ¶ *Modus & ſolennitas faciendæ profeſſionis hoc ordine ſervetur.*

*Item* ex concilio Toletano 10. *c.5.*

OMnes *d* fœminæ venientes ad ſacram religionem pallio capita ſua contegant, conſcriptam, roboratamque profeſſionem faciant, poſt quam ſcripturam non ſinantur relabi ad prævaricationis audaciam. ¶ Quæ verò ex his omnibus fuerint repertæ animum aut veſtem in tranſgreſſionem dediſſe, excommunicationis ſententiam ferant: & rurſus mutato habitu in monaſteriis, donec diem ultimum claudant, ſub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

*In quinto canone decimi concilii Toletani, primùm ſtatuitur, ut fœminæ, quæ antea religioſa veſte erant indutæ, moneantur, & ſi parere noluerint, etiam vi cogantur in religioſa vita perſeverare: & poſtea ſubjungitur.* Omnes tamen hæ, ſeu venientes ad primam religionem, ſeu poſt tranſgreſſum reſumentes iteratam converſionem, ſicut præmiſſum eſt, & pallio capita contegant & conſcriptam, roboratamque profeſſionis faciant ſcripturam, per quam ulterius non ſinantur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ verò, &c. *Pannormia cætera habet, ut Gratianus, tantùm poſt verſ.* faciant. *addit*, ſcripturamque.

C. XXXVII. ¶ *Filii perditionis ſunt, qui violant corpora fœminarum Deo ſacratarum.*

*Item* ex concilio Arelatenſi.

SCiendum *e* eſt omnibus, quòd Deo ſacratarum fœminarum corpora per votum propriæ ſponſionis, & verba ſacerdotis Deo conſecrata eſſe templa, ſcripturarum teſtimoniis comprobantur: & ideò violatores earum ſacrilegi; & juxta *f* Apoſtolum filii perditionis eſſe noſcuntur.

C. XXXVIII. ¶ *De eodem.* PALEA.

[Item.]

VIduæ *g*, ſi priuſquam continentiam profiteantur, nubere elegerint, illis nubant, quos propria volun[tate] voluerint habere maritos: ſimilis conditio & de virgi[ni]bus habeatur, nec extra voluntatem parentum, vel ſu[am] cogantur accipere maritos.

C. XXXIX. ¶ *In monaſterio recludantur monachi uxoribus ſociati.*

*Item* Gregorius *Anthemio Subdiacono, in epiſtola quadrageſima libri primi.*

ET quia *a* aliquos monachorum uſque ad [tan]tum nefas proſiluiſſe cognovimus, ut uxores public[e so]tiantur, ſub omni vigilantia eos requiras, & [...] digna coërcitione in monaſteriis, quorum monachi [...]rant, retranſmittas.

C. XL. ¶ *Poſt profeſſam continentiam, quiſquis uxorem duxerit, ab ea ſeparetur.*

*Item* Innocentius Papa II. *in concilio Romano, c.7. §. ut lex.*

VT lex *b* continentiæ, & Deo placens mundities [in ec]cleſiaſticis perſonis, & ſacris ordinibus dilatetur [sta]tuimus, quatenus Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Sub[dia]coni, regulares canonici, monachi, atque converſi [pro]feſſi, qui ſanctum tranſgredientes propoſitum, [uxores] ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur. Hujuſ[modi] namque copulationem, quam contra eccleſiaſticam [re]gulam conſtat eſſe contractam, matrimonium non [esse] cenſemus. Qui etiam ab invicem ſeparati, pro tantis [ex]ceſſibus condignam pœnitentiam agant. Idipſum [quo]que de ſanctimonialibus fœminis, ſi (quod abſit) nubere tentaverint, obſervari decernimus.

*His omnibus auctoritatibus voventes prohibentur [ma]trimonia, & quidam eorum, ſi contraxerint, ſeparari jubentur.*

2 pars. Auguſtinus *contra talium ſeparationem [...] aſſerit, ita dicens in libro de bono viduitatis, c.8.*

C. XLI. ¶ *Conjugia voventium non ſunt diſſolvenda.*

NVptiarum *c* bonum ſemper eſt quidem bonum, ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium: nunc eſt infirmitatis remedium, in quibuſdam verò humanitatis ſolatium. Filiorum quippe procreationi [o]peram dare, non canino more per uſum promiſcuum fœminarum, ſed honeſto ordine conjugali, non eſt in homine improbandus affectus: & ipſum tamen lau[da]bilius tranſcendit & vincit cœleſtia cogitans [ani]mus Chriſtianus. Sed quoniam *d*, ſicut ait Dominus, non omnes capiunt verbum hoc, quæ poteſt [ca]pere capiat: quæ ſe non continet, nubat: quæ non [cœpit], deliberet: quæ aggreſſa eſt, perſeveret: nulla adverſario detur occaſio: nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio. ¶ In *e* conjugali quippe vinculo, ſi pudicitia [ſer]vatur, damnatio non timetur. Sed in viduali continentia, excellentia muneris amplioris ex[pe]titur: qua expetita & electa, & voti debito [...] jam non ſolùm capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non [nu]bant *f*, nubere velle damnabile eſt. Nam [...] demonſtraret Apoſtolus *h*, non ait, cùm in [deliciis] egerint, in Chriſto nubunt, ſed [nubere volunt, haben]tes (inquit) damnationem, quoniam primam fidem [ir]ritam fecerunt] etſi non nubendo, tamen volendo: [...] quia ipſæ nuptiæ, vel talium damnandæ judicentur: [sed] damnatur propoſiti fraus: damnatur fracta voti fides: damnatur non ſuſceptio à bono inferiore, ſed ruina ex bono ſuperiore. Poſtremò damnantur tales, non quia conjugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Quod ubi breviter inſinuaret Apoſtolus, noluit eas dicere [...]

a *Habetur in concilio Vormacienſi, c.21.* b *Ivo p.7. c.145. Pan. l.3. c.199.* c *Burch. l.8. c.43. Ivo p.7. c.61. Pann. l.3. c.201.* d *Pann. l.3. c.202.* e *Burch. l.8. c.51. Ivo p.7. c.69. Pann. l.3. c.207.* f *2. Theſſ. 2.* g *Inſr. 32. q.2. hoc ſanctum. ex concilio Toletano 3. c.10. Ivo p.8. c.18. & 19.*

a *Ivo p.7. c.122.* b *Pann. l.8. c.143.* c *Sent.4. diſt. [...]* d *Matth. 19.* e *Beda. 1. Timoth. 5. & ibi gloſſa.* f *[...]* g *Sup. diſt. 27. c. voventib. & 17. q.1. eod. cap.* h *1. Tim[oth. 5.]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bere damnationem, quæ poſt amplioris ſanctitatis propoſitum nubunt: non quia non damnentur, ſed ne in eis ipſæ nuptiæ damnari putarentur: ſed cùm dixiſſet [nubere volunt,] continuò addidit, damnationem habentes, & dixit, quare: [quoniam primam fidem irritam fecerunt:] ut voluntas, quæ à propoſito cecidit, appareat eſſe damnata, ſive ſubſequantur nuptiæ, ſive deſint. ¶ Proinde, qui *a* dicunt talium nuptias non eſſe nuptias, ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis acutè ac diligenter conſiderare quid dicant. Fallit eos quippe ſimilitudo veritatis. Quia enim Chriſti conjugium dicuntur eligere, quæ Chriſtiana ſanctitate nubunt 1, *b* hinc argumentantur quidam dicentes: Si viro ſuo vivo, quæ alteri nubit, adultera eſt, ſicut ipſe Dominus in Evangelio diffinit *c*, vivo ergo Chriſto, cui mors ultra non dominatur, quæ conjugium ejus elegerit, ſi homini nubit, adultera eſt. ¶ Qui hoc dicunt, acutè quidem moventur, ſed parum attendunt hanc argumentationem, quanta rerum ſequatur abſurditas. Cùm enim laudabiliter etiam vivente viro, ex ejus conſenſu continentiam fœmina Chriſto voveat, jam ſecundùm iſtorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipſum Chriſtum (quod ſentire nefas eſt) adulterum faciat, cui vivente viro nubit. Deinde *d* cùm primæ nuptiæ melioris ſint meriti, quàm ſecundæ, abſit, ut ſanctarum viduarum iſte ſit ſenſus, ut Chriſtus ei videatur quaſi ſecundus maritus. Ipſum enim habebant & antea (quando viris ſuis fideliter ſubditæ ſerviebant) non carnaliter, ſed ſpiritaliter virum, cui eccleſia ipſa, cujus membra ſunt, conjunx eſt: quæ fidei, ſpei, & charitatis integritate non in ſolis virginibus ſacris, ſed etiam viduis, & conjugatis fidelibus tota virgo eſt. Univerſæ quippe eccleſiæ, cujus illæ membra ſunt, Apoſtolus dicit, [Optavi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.] Novit autem ille virginem conjugem ſine corruptione fœtare, quem in ipſa etiam carne potuit mater ſine corruptione procreare. ¶ Fit autem per hanc minus conſideratam opinionem, qua putant lapſarum à ſancto propoſito fœminarum, ſi nupſerint, non eſſe conjugia, non parvum malum, ut à maritis ſeparentur uxores, quaſi adulteræ ſint, non uxores: & cùm volunt illas ſeparatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm ſuis uxoribus vivis alteras duxerint. ¶ Quapropter non poſſum quidem dicere, à propoſito *f* meliore lapſas, ſi nupſerint, fœminas, adulteria eſſe, non conjugia: ſed planè non dubitaverim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ vovetur Deo, adulteriis eſſe pejores: Si enim (quod nullo modo dubitandum eſt) ad offenſionem Chriſti pertinet, cùm membrum ejus fidem non ſervat marito, quantò gravius offenditur, cùm illi ipſi non ſervatur fides in eo quod exigit oblatum, qui *g* non exegerat offerendum? Cùm enim quiſque non reddit quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vovit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vovendi neceſſitatem.

1 ¶ Nubunt] *In aliquot vetuſtis, & originali legitur*, non nubunt, *& utraque lectio videtur ferri poſſe. Multa verò alia ex ipſo beato Auguſtino ſunt emendata.*

C. XLII. ¶ *De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt.*

*Item* Gelaſius *in epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ & Bruttiorum, cap. 23.*

DE viduis *h* ſub nulla benedictione velandis ſuperius latè, ſufficienterque prædiximus. ¶ Quæ, ſi propria voluntate profeſſam priſtini conjugii caſtitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant ſatisfactione placare: quia juxta Apoſtolum *a*, primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundùm Apoſtolum *b* nubere nullatenus vetabantur, ſic habita ſecum deliberatione, promiſſam Deo pudicitiæ fidem debent cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, ſed ſolùm adhortationes præmii ſempiterni, pœnaſque proponere divini judicii: ut & noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. ¶ Cavendum eſt quippe, quod de earum moribus, actibusq; B. Paulus Apoſtolus *c* teſtatur. Quod plenius exponere prætermus, ne ſexus inſtabilis non tam detineri, quàm admoneri videatur.

C. XLIII. ¶ *De eodem.*

*Item* Theodorus *d*.

3. SI quis votum virginitatis habens, &c.

*Quòd autem voventes præmiſſis auctoritatibus jubentur ab invicem diſcedere, quorum verò conjugia auctoritatibus Auguſtini & Theodori* e *ſolvenda non ſunt, in capitulo de ordinatione clericorum evidenter oſtenditur. Illud autem Innocentii* f, *quo virgines ſacræ publicè nubentes illo vivente, cui ſe conjunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam, non ita intelligendum eſt, ut aliquo tempore excludantur à pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: ſed prohibentur admitti ad pœnitentiam, quæ ab inceſti copula diſcedere noluerint. Poſt propoſitum namque ſacræ religionis non poteſt Deo per pœnitentiam reconciliari, quæ ad habitum ſuæ profeſſionis redire neglexerit. Tunc enim ille, cui ſe junxerat, ei defunctus erit, cum ab illius illicitis amplexibus hæc penitus receſſerit: ut iſte ſit ſenſus capituli. [Quæ* g *Chriſto ſpiritaliter nubunt, ſi poſtea publicè nupſerint, non eas admittendas eſſe ad pœnitentiam cenſemus, niſi hi, quibus ſe junxerant, de mundo receſſerint,] eis, ſubaudiendum eſt, nubentibus. Tunc enim viri de mundo recedunt, tunc defunguntur, cum ab eorum concupiſcentia ipſi penitus ſe alienaverint: ſicut mundus ei dicitur mortuus, quem ſuis illecebris non aſtringit, & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mundo mundi concupiſcit. Hoc autem ſic intelligendum eſſe, ex ſubſequenti exemplo idem Innocentius oſtendit* h, *dicens: [Quæcunque* i *viro vivente alteri nupſerit, adultera habeatur: nec ei agendæ pœnitentiæ locus conceditur, niſi unus ex his fuerit defunctus.] Hoc de derelicta intelligendum eſt, quæ ſi vivente viro ſuo alteri nubit, adultera eſt: nec ad pœnitentiam admittitur, niſi vel primus revertatur in pulverem,* k *de quo ſumptus eſt, vel ſecundus ab ejus copula ceſſando, ei moriatur, ut dictum eſt ſuprà. Quia ergo Chriſtus, cui ſpiritualiter nubunt, jam non moritur, mors* l *illi ultra non dominabitur, reſtat, ut ille, cui ſecundò nubunt, eis moriatur. In utroq; autem, niſi ſic intelligeretur, eſſet contrarius Domino, dicenti per Prophetam:* m *[In quacunque hora peccator converſus fuerit, &c.] & cunctis interpretibus divinæ legis inveniretur adverſus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo devota* n, *quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti, niſi vel uterque continentiam profeſſus fuerit, vel ille, cui ſe junxerat, de hoc mundo deceſſerit.*

## QVÆSTIO II.

1 ps S*Equitur ſecunda quæſtio, quâ quæritur, an puellæ alteri deſponſatæ poſſint renuntiare priori conditioni, & transferre ſua vota ad alium.*

1 *Hic primùm videndum eſt, an conjugium ſit inter eos.*

2 *Secundò, an poſſint ab invicem diſcedere.*

*Eos* o *autem conjuges eſſe, & ex diffinitione conjugii, &*

a *Suprà diſt. 27. quidam.* b *al. non nubunt.* c *Matth. 10. Roman. 6.* d *Beda 1. Corinth. 7.* e *2. Corinth. 11.* f *Suprà ead. nubunt.* g *al. quod.* h *Polyc. l. 4. tit. 34. Burch. l. 8. c. 34. Ivo p. 7. cap. 4.*

a *1. Tim. 5.* b *1. Cor. 7.* c *1. Tim. 5.* d *Suprà diſt. 27. cap. ſi vir.* e *dicto c. ſi vir.* f *ſup. ead. quæ Chriſto.* g *ſup. ead. quæ Chriſto.* h *ex gloſſa ord.* i *Gal. 6.* k *Gen. 4.* l *Rom. 6.* m *Ezech. 34.* n *ſup. ead. devotam.* o *Sent. 4. diſt. 27. Ivo p. 8. c. 1. Pann. l. 6. c. 1.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*auctoritate multorum facilè probatur. Sunt enim nuptiæ, ſive matrimonium, viri, mulierisq; conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens. Inter hos autem fuit conjunctio, quæ individuam vitæ conſuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos conſenſus, qui eſt efficiens cauſa matrimonii, juxta illud Iſidori: [Conſenſus facit matrimonium.] Item* Ioannes Chryſoſtomus, [*id eſt, auctor operis imperfecti, homil.32. in Matthæum.*]

C. I.

MAtrimonium *a* quidem non facit coitus, ſed voluntas: & ideò non ſolvit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. Ideò qui dimittit conjugem ſuam, & aliam non accipit, adhuc maritus eſt. Nam etſi jam corpore ſeparatus eſt, tamen adhuc voluntate conjunctus eſt. Cùm ergo aliam acceperit, tunc plenè dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, ſed qui alteram ducit.

C. II.

*Item* Nicolaus Papa *ad conſulta Bulgarorum, cap.3.*

SVfficiat *b* ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.

¶ *Emendatum eſt caput hoc ex ipſis Nicolai reſponſis.*

*Cùm ergo inter iſtos conſenſus intercesſerit, qui ſolus matrimonium facit, patet hos conjuges fuiſſe. Sed quæritur quis conſenſus facit matrimonium, an conſenſus cohabitationis, an carnalis copula, an uterque. Si cohabitationis conſenſus matrimonium facit, tunc frater cum ſorore matrimonium poteſt contrahere: ſi carnalis copula, inter Mariam & Ioſeph non fuit conjugium. Voverat enim Maria ſe virginem perſeveraturam. Vnde ait Angelo:* c [*Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?*] *id eſt, me non cognituram propoſui. Neque enim quia tunc virum non cognoſcebat, neceſſe erat inquiri, quomodo poſſet filium habere, ſed quia nunquam ſe cognituram propoſuerat.* ¶ *Si ergo contra ſuum propoſitum poſtea conſenſit in carnalem copulam, rea facta eſt voti virginalis, mente, & ſi non opere* d *violati. Quod de ea ſentire nefas eſt: ſicut* Auguſtinus *ait.*

C. III.

BEata Maria *e* propoſuit ſe ſervaturam votum virginitatis in corde, ſed ipſum votum virginitatis non expreſſit ore: Subjecit ſe divinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe perſeveraturam virginem, niſi Deus aliter ei revelaret. Committens ergo virginitatem ſuam divinæ diſpoſitioni, conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed divinæ inſpirationi in utroque obediendo. Poſtea verò filium genuit, & quod corde conceperat, ſimul cum viro labiis expreſſit, & uterque in virginitate permanſit *f.* ¶ Conſenſus ergo cohabitandi, & individuam vitæ conſuetudinem retinendi interveniens, eos conjuges fecit. Individua verò vitæ conſuetudo eſt, talem ſe in omnibus exhibere viro, qualis ipſa ſibi eſt, & è converſo. Ad individuam itaque conſuetudinem pertinet, abſque legitimi conſenſu viri & orationi aliquando non poſſe vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iſte conſenſus fuit inter eos, patet eos conjuges fuiſſe.

¶ *Caput hoc in vetuſtis exemplaribus conjunctum eſt ſuperiori: & videtur à collectore ex variis locis B. Auguſtini, potiſſimum ex libello de virginitate confectum.*

C. IV. PALEA.

Ioannes Chryſoſtomus, [*id eſt, auctor operis imperfecti, hom.32. in Matthæum.*]

a *Infrà ead. c. conjuges. infr. ead. c. omnes. Sent.4. diſt.27. Ivo p.8. c.233.* b *Sent. ibid.* c *Luc.1.* d *al. corpore.* e *Sent.4. diſt.30.* f *Hactenus magiſter.*



OMnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem *a* diſſolvitur. Matrimonium *b* enim non facit coitus, ſed voluntas: & ideò non ſolvit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. Ideò, qui dimittit conjugem ſuam, & aliam non accipit, adhuc maritus eſt. Nam etſi corpore jam ſeparatus eſt, tamen adhuc voluntate conjunctus eſt. Cùm ergo aliam acceperit, tunc planè dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, ſed qui alteram ducit.

*Palea hac eſt in multis vetuſtis codicibus. Initium verò uſque ad verſ.* Matrimonium. *eſt regula prima de regulis juris, quæ in decretalibus. Verba autem homiliæ trigeſima ſecunda ſunt hæc:* omnis res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. Matrimonium, &c.

*Item auctoritate probantur eſſe conjuges.*

C. V. ¶ *Conjugalis pactio, non virginitatis defloratio conjugium facit.*

*Ait enim* Ambroſius *in libro de inſtitutione virginis, c.6.*

CVm initiatur *c* conjugium, tunc conjugii nomen adſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, ſed pactio conjugalis. Denique cùm jungitur puella, conjugium eſt, non cùm viri *d* admiſtione cognoſcitur.

C. VI. ¶ *A prima fide deſponſationis conjuges veriùs appellantur.*

*Item* Iſidorus *Etymologiarum libro nono, cap.7.*

COnjuges *e* veriùs appellantur à prima deſponſationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus.

C. VII. PALEA.

QVòd conditio interpoſita non valeat, ex concilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abeſt ab omnibus collatis exemplaribus, demptis duobus, ... ceptis: in quorum altero emendatiore ponitur tanquam ſummarium ſequentis capitis. In neutro autem ad finem capitis ſequentis ſunt verba illa,* idem ex concilio Africano, *& ...*

C. VIII. ¶ *De eodem.* PALEA.

QVicunque ſub *f* conditionis nomine aliquam deſponſaverit, & eam poſtea relinquere voluerit, dicimus, quòd conditio frangatur, & deſponſatio inſtabiliter teneatur.

¶ *Hæc palea etiam in decretalibus titul. de condition. appoſit. c. quicunq; & in collectione in quinquaginta partes diviſa ... tomis conciliorum eſt poſt decreta Alexandri tertii) par ... tatur ex concilio Africano. Sed in eo, quod extat, non habetur.*

C. IX. ¶ *De eodem.*

*Item* Auguſtinus *de nuptiis & concupiſcentia, lib.1. c.11.*

COnjunx vocatur à *g* prima fide deſponſationis, quam concubitu non cognoverat Ioſeph, nec fuerat cogniturus, nec perierat *h*, nec mendax manſerat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat ulla carnis commiſtio. *& infrà.* ¶ Propter quod fidele conjugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, non ſolùm illa mater, verùm etiam ille pater ejus, ſicut conjunx matris ejus, utrumque mente, non carne.

¶ *Sic eſt reſtitutum ex Ivone: cùm antea citaretur liber ... no conjugali.*

a *al. Ipſas.*] *orig. Ivo p.8. c.233.* b *Sup. ead. matrimonium ... extra de reg. jur. c.1.* c *Sentent.4. diſt.27. Auſ. l.in. c.1. ... c.2. Pann. l.6. c.14. Polyc. l.6. tit.4.* d *al. viri.*] *orig.* e ... *ibid. Ivo p.8. c.3. Pann. lib.6. c.15.* f *Extra de condition. appoſ. ... quicunque.* g *al. ex.* h *al. pejeraverat. Sent. ibid. Ivo p. ... Pann. l.6. c.15.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

C. X. ¶ *Triplex bonum conjugii fuit in parentibus Chriſti.*

Item *in eodem lib. & capite.*

OMne itaque *a* nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum divortium: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat ſine illa pudenda carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato: ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato.

*Item in Deuteronomio* b *præcepit Dominus Moyſi, dicens,* [*Si quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur: quia uxorem alterius violavit.*] ¶ *Item in legibus Principum ſponſa jubetur lugere mortem ſponſi, tanquam viri ſui.*

C. XI. ¶ *Frater ſponſam fratris poſt ejus mortem ducere non poteſt.*

*Item* in canonibus *invenitur.*

1. SI *c* quis deſponſaverit ſibi aliquam, & præveniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit, frater ejus non poteſt eam ducere in uxorem.

C. XII.

*Item* Gregorius *Mauritio Imperatori, ob quendam comitem, qui nepotis ſui mortui deſponſatam duxit uxorem.*

QUi *d* deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in conjugium, anathema ſit ipſe, & omnes conſentientes ei: quia ſecundùm legem Dei mori decernitur. ¶ Nam divinæ legis eſt mos, ſponſas appellare conjuges, ut in Evangelio: *e* [Accipe Mariam conjugem tuam.] Et illud in Deuteronomio: *f* [Si quis cujuslibet hominis deſponſatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppreſſerit, vel abduxerit in domum ſuam, moriatur: quia uxorem proximi ſui violavit:] non quæ jam uxor erat, ſed quæ à parentibus uxor fieri debebat. *& ſ.* g ¶ Sicut nulli Chriſtiano licet de ſua conſanguinitate, vel quam cognatus ſuus habuit, in matrimonium aſſumere; ita & de conſanguinitate uxoris ſuæ. ¶ *Apud Anſelmum ante hoc caput eſt hic titulus rubris literis deſcriptus,* Capitula B. Gregorii doctoris de linea conſanguinitatis edita. *Poſtea verò eſt hic alius titulus nigris literis deſcriptus.* Mauritio Imperatori ob delatum quendam comitem, qui nepotis ſui mortui deſponſatam virginem duxit uxorem. *Deinde ſequitur.* Qui deſponſatam, &c.

C. XIII. ¶ *Uxore mortua licet viro aliam ducere, ſed non repudiatam vel deſponſatam.*

*Item* Hieronymus.

ADſtitur *h* aliud quartum conjugium legitimum. Dum mortua fuerit uxor cujuslibet, licet illi accipere aliam, ſed non repudiatam, nec deſponſatam viro, ſed liberam: ſimiliter debet & mulier. Vnde & Paulus *i* ait: [Mulier, quæ ſub viro eſt, ligata eſt ſub lege viri, quamdiu vivit vir ejus.] Viro igitur vivente vocatur adultera, ſi juncta fuerit alii viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri, ita ut non ſit adultera, ſi conjuncta fuerit cum altero viro.

¶ *Ab Ivone ante hoc caput refertur c. tria. ſ. 36. q. 2. Neutrum tamen apud B. Hieronymum eſt inventum.*

C. XIV. ¶ *Poſt mortem alicujus nullus de ejus conſanguinitate ſponſam accipiat.*

*Item* Gregorius.

2. SI *k* quis uxorem deſponſaverit, vel eam ſubarrhaverit, quanquam poſtmodum præveniente die mortis ejus nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de conſanguinitate ejus licet accipere eam in conjugio. Quòd ſi inventum fuerit factum, ſeparetur omninò.

C. XV. ¶ *De eodem.*

*Item* Iulius Papa.

3. SI *a* quis deſponſaverit uxorem, vel ſubarrhaverit, & ſive præveniente die mortis, ſive irruentibus quibuſdam aliis cauſis minimè eam cognoverit, neque ejus ſuperſtes frater, neque ullus de conſanguinitate ejus eandem ſibi tollat in uxorem ullo unquam tempore.

¶ *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis & Magiſtro. Nam in vulgatis erat,* Iulianus. *In Polycarpo autem citatur,* ex concilio Triburienſi à Iulio Papa confirmato. *In quo titulo ſubeſt aliquod mendum.*

2 pars. *His omnibus auctoritatibus probantur iſti eſſe conjuges.* Auguſtinus *teſtatur contra, dicens.*

C. XVI. ¶ *Non eſt inter eos matrimonium, quos non copulat commiſtio ſexus.*

NOn *b* eſt dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commiſtio ſexus non docetur fuiſſe.

¶ *Caput hoc non eſt inventum apud B. Auguſtinum: & videtur ſumma ſeq. cap.*

C. XVII. ¶ *Illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non celebratur nuptiale miniſterium.*

*Item* Leo Papa.

CVm *c* ſocietas nuptiarum ita à principio conſtituta ſit, ut præter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ conjunctionis Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe nuptiale miniſterium.

¶ *In codicibus epiſtolarum Leonis impreſſis & manuſcriptis in epiſt. 90. al. 92. ad Ruſticum, c. 4. itemq; apud Burchardum & Ivonem longè aliter habet hic locus.* Cùm ſocietas, inquit, nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut præter ſexuum conjunctionem haberet in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuiſſe myſterium. *Verùm ut reſpondeat verbis Gratiani, qui manifeſtè utitur hoc loco depravato, itemq; Magiſtri, & gloſſæ, & poſteriorum doctorum, nihil eſt in textu mutatum.*

C. XVIII. PALEA.

Benedictus *ſervus ſervorum Dei Grandenſi Patriarchæ ſalutem, &c.*

LEx divinæ conſtitutionis Apoſtolicam cathedram *d* totius poſuit orbis terrarum magiſtram, ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio ejuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos ſuis literis ejuſdem cathedræ feſſorem, ac percunctatus eſt quidem veſtras *e* nomine Ioannes, pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis, cujus ſoror defuncta cuidam juveni, Stephano nomine, ſimplicibus verbis fuerat deſponſata, & antequam ad nuptias perveniret, morte præventa: utrum ſcilicet cum eodem juvene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filiæ, nec ne. Namque teſtatus eſt hujus rei rationem apud vos haberi ambiguam. Quam Deo docente reddimus his verbis certiſſimam. Protoplaſtus ille, radix & origo noſtra, detractam ſibi coſtam in mulierem videns formatam, prophetico Spiritu inter alia protulit *f*. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Quibus verbis innotuit non aliter virum & mulie-

a *Sent. 4. diſtinct. 30. Ivo p. 8. c. 15. Pann. l. 6. cap. 30. Ibid. c. 12.* b *Deut. 22.* c *Inſ. ead. §. quis.* d *Sent. 4. diſt. 27. Anſel. l. 11. c. 91. Polyc. l. 6. tit. 4.* e *Lev. 20. Matth. 2.* f *Deut. 22.* g *Infr. 35. quæſt. 2. nullam.* h *Ivo p. 8. c. 41. Pann. l. 6. c. 34.* i *Rom. 7.* k *Sent. ibid.*

a *Sent. ibid. Polyc. l. 6. tit. 4.* b *Sent. 4. diſt. 16. Pann. l. 6. c. 114. Leo epiſt. 90. ad Ruſticum, c. 4. Sentent. ibid. Burch. l. 9. c. 7. Ivo p. 8. c. 4. & 139.* c *Pann. l. 6. c. 23. Cap. l. 7. c. 105.* d *al. ſedem.* e *al. vir.* f *Geneſ. 2.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem poſſe fieri unam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant. Qui ergo nequaquam miſtus extraneæ mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt una caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neque oſculum parit propinquitatem, quod *a* nullam facit ſanguinis commiſtionem. Quoniam verò ita prorſus ſeſe habet res Ioannis iſtius, ut velit ſecundam filiam illi nuptiis copulare, cui primam jam decreverat deſponſare; cenſura Apoſtolici 1 magiſtratus mandamus, hoc abſque ullius criminis vitio poſſe fieri, ſi utriuſque 2 partis ſederit voluntati. Nam cur prohibeatur, quod prohibendum *b* nunquam ſancta ſcriptura declarat? Sed neque mundanæ leges connumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias non 3 contrahunt, de hujuſmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis *c*.

¶ *Palea hæc habetur in pleriſque manuſcriptis. Eſt etiam in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis, & in altera collectione in quinquaginta partes diviſa (quæ eſt inſerta tomis conciliorum poſt decreta Alexandrini tertii, part.6. c.27.)*

1 ¶ Apoſtolici ] *In tomis conciliorum eſt*, cenſura Apoſtolica. *in collectione prima Decretalium*, cenſura Apoſtolici magiſterii.

2 ¶ Si utriuſque partis ſederit voluntati ] *Hæc non ſunt in collectione concil. inſerta.*

3 ¶ Non contrahunt ] *In aliquot vetuſtis, & in prima collectione Decretalium legitur*, nuptias contrahunt: *in altera autem collectione*, quibus inter ſe nuptias contrahere non licet.

*Item Apoſtolus* d *præcepit, ut uxor reddat debitum viro, & vir uxori, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut expeditius vacent orationi. Unde datur intelligi, quòd ſine conſenſu alterius non licet alteri vacare orationi.* ¶ *Item propoſitum melioris vitæ vir ſumere non poteſt ſine conſenſu uxoris, & è converſo.*

C. XIX. ¶ *Cauſa religionis conjugia ſolvi non debent.*

*Unde* Gregorius *ſcribit Theotiſtæ patriciæ, lib.9. epiſt.39.*

SVnt *e*, qui dicunt religionis cauſa conjugia debere diſſolvi. Verum ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana conceſſit, lex tamen divina prohibuit. Per ſe enim veritas *f* dicit: [Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.] Qui etiam ait: [Non licet dimittere uxorem, excepta cauſa fornicationis.] Quis ergo qui huic cœleſti legislatori contradicat? Scimus, quia ſcriptum eſt *g*, [Erunt duo in carne una.] Si ergo vir & uxor una caro ſunt, & religionis cauſa vir uxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel etiam fortaſſe ad illicita vota migrantem; quæ iſta converſio 1, in qua una eademque caro ex parte tranſit in continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si *h* verò utriſque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare? quando certum eſt, quòd omnipotens Deus, qui minora conceſſit, majora non prohibuit. Et quidem 2 multos ſanctorum novimus cum ſuis conjugibus & prius continentem vitam duxiſſe, & poſtmodum ad ſanctæ eccleſiæ regimina migraſſe. Duobus enim modis ſancti viri etiam à licitis ſolent abſtinere; aliquando, ut merita ſibi apud Deum omnipotentem augeant: aliquando, ut anteactæ vitæ culpas detergant. *& infrà.* ¶ Proinde cùm boni conjuges aut meritum augere deſiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere; ut ſe ad continentiam adſtringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si verò continentiam, quam vir appetit, uxor non ſequitur, aut quam uxor appetit vir recuſat, dividi conjugium non poteſt *a*: quia ſcriptum eſt *b*, [Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir: ſimiliter & vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier.]

1 ¶ Converſio ] *In originali eſt*, iſta migratio, vel converſio.

2 ¶ Et quidem ] *Hæc ſunt reſtituta in ſuum locum, quæ antea tranſpoſita fuerant inter verſ.* licet. *& verſ.* ſi verò.

C. XX. ¶ *Abſque viri conſenſu monaſterio mulier deputata ad ejus redire conſortium non prohibetur.*

Idem *Leoni Epiſcopo Catanenſi, lib.3. epiſt.34.*

MVltorum *c* relatione comperimus, hanc vos [...] conſuetudinem tenuiſſe, ut Subdiaconi ſuis [...] miſcerentur conjugibus. Quod ne denuò quiſquam præſumeret, à ſervo Dei ſedis noſtræ Diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris iſto eſt modo prohibitum, [...] dem tempore hi, qui jam uxoribus fuerant copulati, [...] num ex duobus eligerent, id eſt, aut certè nullatenus [...] miniſtrare præſumerent, aut à ſuis uxoribus abſtinerent. Et quantum dicitur, Specioſus tunc Subdiaconus [...] hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & [...] obitus ſui tempus notarii quidem geſſit officium [...] niſterio, quod Subdiaconũ oportuerat exhibere [...]. Poſt cujus obitum, quia relicta ejus Honorata [...] ſociata, à tua eam fraternitate in monaſterio [...] mus deſtinatam. Ideoque, ſi, ut fertur, ejus ſe [...] ab adminiſtratione ſuſpendit, antedictæ mulieri [...] bet officere, quòd ad ſecundam conjugii copulam [...] migravit: præſertim, ſi non tali mente Subdiaconus [...] cta eſt, ut à carnis voluptatibus abſtineret. Si [...] ſe veritatem, quemadmodum edocti ſumus, habere [...] gnoſcis, prædictam te mulierem de monaſterio [...] mnia convenit relaxare, ut ad ſuum maritum [...] qua poſſit formidine remeare.

C. XXI. ¶ *Ad uxorem redire cogatur, qui ſine ejus conſenſu religioſam veſtem ſuſcepit.*

Idem *Hadriano Pannormitano notario, lib.9. epiſt.43.*

AGathoſa *d* latrix præſentium queſta eſt, [...] ſuum contra voluntatem ſuam in monaſterio [...] Abbatis eſſe converſum. Quod quia ad ejuſdem [...] tis culpam & invidiam non eſt dubium pertinere, [...] perientiæ tuæ præcipimus, ut diligenti inquiſitione [...] ſcutiat, ne fortè cum ejus voluntate converſus [...] pſa ſe mutare promiſerit. Et ſi hoc repererit, [...] in monaſterio remanere provideat, & hanc, ſicut [...] ſit, mutare compellat. Si verò nihil horum [...] quondam *e* fornicationis crimen (propter quod [...] cet dimittere *f* uxorem) prædictam mulierem [...] ſiſſe cognoveris, ne illius converſio uxori relictæ [...] culo fieri poſſit perditionis occaſio, volumus, [...] tum ſuum illi, etiamſi jam tonſuratus eſt, reddere [...] as, omni excuſatione ceſſante: quia etſi mundana [...] præcipit converſionis gratia utrolibet invito [...] vi conjugium, divina tamen lex fieri non permittit. [...] excepta fornicationis cauſa, vir uxorem dimittere [...] ratione conceditur: quia poſtquam copulatione [...] gii, viri atque mulieris unum corpus efficitur, non [...] ex parte converti, & ex parte in ſæculo remanere.

1 ¶ Mundana ] *Habetur novella 123. cap.38. ut eſt a[...] pud Iulianum.*

a *al. Quia.* b *al. prohibitum.* c *al. monſtratis.* d *1. Cor. 7.* e *Sent. 4. diſt. 27. Anſ. l. 10. c. 18. Ivo p. 8. c. 129. Pann. l. 6. cap. 78.* f *Matth. 10.* g *Gen. 2.* h *abeſt à pleriſq. cod.*

a *al. Licet.* b *1. Cor. 7.* c *13. diſt. c. multorum. [...] cap. 138. Polyc. l. 4. tit. 31.* d *Sent. ibid. Anſ. l. 10. c. 1[...] c. 48. Ivo p. 8. c. 186. Pan. l. 6. c. 84. Polyc. l. 4. tit. 3.* e *al. [...]* f *al. relinquere.*

C. XXII. ¶ *Sine conſenſu uxoris religionis propoſitum vir ſumere non poteſt.*

*Item* ex 8. Synodo,

4 SI *a* quis 1 conjugatus vult converti ad monaſterium, non eſt recipiendus, niſi prius à conjuge caſtimoniam profitente fuerit abſolutus. Nam ſi illo vivente illa per incontinentiam alteri nupſerit, proculdubio adultera erit. Nec recipitur apud Deum ejus viri converſio, cujus ſequitur conjugalis fœderis proſtitutio. Tales igitur tunc ſine culpa ſequuntur Chriſtum relicto ſæculo, ſi habeant ex pari voluntate caſtitatis conſenſum.

1 ¶ Si quis conjugatus ] *Hucuſque ad verſ.* Nam ſi illo. *habetur apud B. Baſilium in regulis fuſius diſputatis, cap.12. Burchardus quidem, Polycarpus & Ivo part.8. c.183. citant totum hoc caput ex dicto Baſilii. Idem verò Ivo c.220. & auctor Pannormiæ citant epiſtolam Alexandri ſecundi Landulpho ſcriptam: in qua hoc idem ex B.Baſilio refertur. Et pars prior illius epiſtolæ refertur infra q.34 notificaſti.*

C XXIII. ¶ *Sine conſcientia Epiſcopi viro & uxori cauſa religionis divertere non licet.*

*Item ex ſynodo* Eugenii Papæ ſecundi *in ſynodo Romana, c.36.*

SI vir & *b* uxor divertere pro ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita, nullatenus ſine Epiſcopi conſcientia fiat, ut ab eo ſingulariter proviſo conſtituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non ſolvitur.

C. XXIV. *Sine uxoris voluntate viro continere non licet.*

*Item* Ioannes Chryſoſtomus *homilia prima in Pſal. 5.*

SI tu abſtines *c* ſine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ.

¶ *Antea citabatur Auguſtinus de adulterinis conjugiis: apud quem lib.1. c.4. habetur ſententia, ſed non verba, quare reſtitutus eſt titulus ex Ivone.*

C. XXV. ¶ *Vir non eſt ſuſcipiendus in monaſterium, niſi uxor convertatur.*

*Item* Gregorius *Vrbico Abbati, libro quinto epiſt. 49.*

QVia Agatho lator præſentium in monaſterio dilectionis tuæ converti deſiderat, hortamur, ut cum omni eum dulcedine, dilectioneque *d* ſuſcipias. *& infra.* ¶ Quem tamen ita ſuſcipiendum eſſe cognoſce, & ſi uxor illius ſimiliter converti voluerit. Nam dum unum utrorumque corpus conjugii copulatione ſit factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere.

C. XXVI. ¶ *Continentiæ vota non licet uxori ſuſcipere, niſi eandem vitam vir ejus elegerit.*

*Item* Nicolaus Papa *Carolo Regi.*

SCripſit 1 *e* nobis Thietberga Regina, ſe Regia dignitate, vel maritali copula velle exui, & ſola vita privata eſſe contentam deſiderare. Cui nos ſcripſimus non aliter hoc fieri poſſe, niſi eandem vitam conjunx ejus Lotharius elegerit. *& in altera epiſtola ad Lotharium Regem.* ¶ Nam 2 licet ſit ſcriptum [ Quod *f* Deus conjunxit, homo non ſeparet, ] Deus tamen, & non homo ſeparat, quando divini amoris intuitu ex conſenſu utriuſque conjugis matrimonia diſſolvuntur. Aliter autem fieri mutuam ſeparationem veſtram prohibemus.

1 ¶ Scripſit ] *Vſq. ad verſ.* elegerit. *ſunt ex epiſtola Nicolai primi Carolo Regi ſcripta, cujus initium eſt,* Nunquam dolorem. *& extat in codice monaſterii Dominicanorum.*

2 ¶ Nam licet ] *Hacuſque ad finem ſunt ex epiſtola ejuſdem Nicolai ſcripta Lothario, cujus initium eſt,* Audito revertente miſſo noſtro. *& extat in eodem codice.*

*Ecce, quòd conjugati ſine licentia* a *alterutrius continentiam profiteri non poſſint. Sponſi verò etiam inconſultis, quas ſibi deſponſaverunt, exemplis & auctoritatibus probantur continentiam poſſe ſervare. Vt enim refert B.Hieronymus* b, *Macharius præcipuus inter Chriſti eremitas, celebrato nuptiarum convivio, cum veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex urbe egrediens transmarina petiit, & eremi ſolitudinem ſibi elegit.* ¶ *Item B. Alexius Euphamiani clariſſimi filius, ſimiliter ex nuptiis divina gratia vocatus, ſponſam deſeruit, & nudus Chriſto famulari cœpit. Horum exemplo patet, quòd ſponſi ſponſarum ſuarum non exquiſito conſenſu, continentiam valent profiteri.*

C. XXVII. ¶ *Deſponſata puella non prohibetur monaſterium eligere.*

*Probatur itidem auctoritate* Euſebii Papæ *dicentis.*

DEſponſatam *c* puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi monaſterium ſibi eligere.

C. XXVIII. ¶ *Deſponſata impune monaſterium poteſt eligere.*

*Item* Gregorius *in regeſto, lib.6. epiſt.20. ad Fortunatum.*

DEcreta legalia *d* deſponſatam, ſi converti voluerit, nullo omninò cenſuerunt damno mulctari.

*Cum ergo conjugatorum continentia, niſi ex amborum conſenſu, Deo offerri non valeat, cum vir* e *ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed mulier, ſponſæ autem monaſterium poſſint eligere, & ſponſi non exquiſito conſenſu ſponſarum propoſitum melioris vitæ aſſumere valeant, patet quod inter ſponſum & ſponſam conjugium non eſt. Item cùm ſecundum* 1 *Auguſtinum* f *illa mulier non pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe commiſtio ſexus. Item cùm ſecundum Leonem* g *illa non pertineat ad matrimonium, cum qua non docetur fuiſſe nuptiale miniſterium, apparet, quòd inter ſponſum & ſponſam conjugium non eſt. Item Nicolaus Papa* h *præcepit, de his, qui ab adverſariis excæcantur, & membris detruncantur, ut ob hanc infirmitatem conjugia talium non ſolvantur. De his autē, qui cauſa frigiditatis uxoribus debitum reddere non poſſunt, ſtatuit Gregorius* i *Papa, ut uterque eorum ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctis reliquiis jurejurando dicat, quòd nunquam per commiſtionem carnis conjuncti una caro effecti fuiſſent: tunc mulier ſecundas nuptias poterit contrahere, vir autem, qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine ſpe conjugii.*

1 ¶ Secundùm Auguſtinum ] *Gratianus hic repetit, quæ ſup.c. non eſt dubium. & c. cum ſocietas. ex Auguſtino & Leone attulit valdè corrupta, ut ibi notatum eſt.*

C. XXIX. ¶ *Si mulier probaverit, quòd à viro ſuo nunquam cognita fuerit, ſeparetur.*

*Vnde* idem 1 *ſcribit Venerio Caralitano Epiſcopo, ita dicens.*

1 ¶ Idem ] *Hoc idem caput infra 33. quæſt.1. citatur ex Gregorio Ioanni Ravennati Epiſcopo: itemq. à Burchardo & Ivone, p.8. c.178. In Pannormia autem exprimitur,* Gregorius junior. *Sententia verò ipſa refertur ex Gregorio in Decretalibus tit. de frig. & malefic. cap. laudabilem. & ab Ivone ead. part. c.80. ex Capitularibus, ubi habetur, lib.6. cap.55.*

QVod *k* autem interrogaſti de his, qui matrimonio juncti ſunt, & nubere non poſſunt, ſi ille

---

a *Sent. ibid. Polyc. ib. Anſ. l.10. c.20. Burch. l.9. c.45. Ivo p.8. cap.183. & 220. Pann. l.6. c.85.* b *Sent. ibid. Ivo p.8. c.127. Pann. l.6. c.79.* c *Sent. ibid. Ivo p.8. c.130. Pann. l.6. c.79.* d *al. devotione.* e *Sent. ibid. Anſ. l.10. c.21. Burch. lib.9. c.40. Ivo p.8. c.221. & 181. Pann. l.6. c.77.* f *Matth. 19.*

a *al. Conſenſu. Sent. ibid.* b *Lib.6. cap.92.* c *Sentent. ibid. Anſel. lib.10. c.6. Burch. lib.8. c.19. Ivo p.7. c.40.* d *Sent. ibid.* e *1. Corint. 7.* f *Sup. ca. non dubium.* g *Sup. ca. cum ſocietas.* h *Infr. 32. q.7. hi qui.* i *33. q.1. requiſiſti.* k *Infr. 33. q.1. quod autem. Sent. diſt. 34. Polyc. l.6. tit.4. Burch. l.9. c.40. Ivo p.8. c.200. & 178. Pann. l.6. c.115.*

aliam, vel illa alium poſſit accipere, de his ita ſcriptum 1 eſt: Vir & mulier, ſi ſe conjunxerint, & poſtea dixerit mulier de viro, quòd non poſſit coire cum eo, ſi poteſt [per verum judicium] probare quod verum ſit, accipiat alium.

1 ¶ Scriptum] *Auctor gloſſæ hic ait,* in Lombarda: *& ſ. 93. q. 1. hoc eodem loco ait.* primo libro capitulari. Caroli, ſcilicet in Lombarda. *Nunc habetur Capitul. l.6. c.55. additis in extremo his verbis,* eò quòd juxta Apoſtolum non potuit illi reddere ſuum debitum.

*Ecce impoſſibilitas coëundi, ſi poſt carnalem copulam inventa fuerit in aliquo, non ſolvit conjugium. Si verò ante carnalem copulam deprehenſa fuerit, liberum facit mulieri alium virum accipere. Vnde apparet illos non fuiſſe conjuges, alioqui non liceret eis ab invicem diſcedere, excepta cauſa fornicationis: & ſic diſcedentes oportet manere innuptos, aut ſibi invicem reconciliari. ¶ Item ſi a ſponſa conjunx eſſet, mortuo ſponſo remaneret vidua. Si autem vidua eſſet, vir ejus ad ſacros ordines conſcendere non poſſet. Maritus enim viduæ, æquè, ſicut & bigamus, ſacerdos fieri prohibetur. Ex hujus autem copula nullus prohibetur à ſacris ordinibus. Vt enim ait Pelagius Papa. [Nihil eſt (quantum ad hunc articulum attinet) quod ei obviet de canonicis inſtitutis.] Apparet ergo hos non fuiſſe conjuges. ¶ Item ſi conjuges eſſent, diſceſſio ab invicem eſſet divortium. Sed horum ſeparationem negat Ambroſius eſſe divortium, dicens de B. Maria, quam ſibi Ioſeph deſponſaverat, & in ſuam duxerat: [Ioſeph 1 nunquam cognovit eam. Nam ſi vir juſtus eam cognoviſſet, nunquam à ſe diſcedere paſſus eſſet: nec Dominus, qui uxorem præceperat à viro non diſcedere, niſi cauſa fornicationis, commendans eam diſcipulo, auctor divortii fuiſſet.] Ecce commendatio Mariæ Ioanni, & detractatio Ioſeph negatur fuiſſe divortium, quia Ioſeph non cognoverat. Vnde apparet eos non fuiſſe conjuges. Si autem B. Maria, quam ſibi Ioſeph deſponſaverat, & in ſuam duxerat, conjunx negatur fuiſſe, multò minus iſta, quæ ſimpliciter ſponſa erat, conjunx eſt appellanda.*

1 ¶ Ioſeph] *Verba B. Ambroſii lib. 2. comment. ad c.1. Luc. (quæ propius accedunt ad hunc locum, quam quæ habentur l.10. ad cap.23.) ſunt hæc:* Vtique ſi conveniſſent, nunquam virum proprium reliquiſſet, nec vir eam juſtus paſſus eſſet à ſe diſcedere. Quomodo autem Dominus divortium præcepiſſet, cùm ipſius ſit ſententia, quia nemo debet dimittere uxorem, excepta cauſa fornicationis.

C. XXX. ¶ *Sororem uxoris polluens, neutram valet habere.*

*Item* ex concilio Aurelianenſi 1.

QVi dormierit *b* cum duabus ſororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, neutram ex ipſis habeat, nec ipſi adulteri unquam in conjugio copulentur.

*Id eſt, nec propriæ uxori ſibi licet reddere debitum, quam ſibi reddidit illicitam, ſororem ejus cognoſcendo. Nec etiam poſt mortem uxoris licet ei, vel adultero, alicui copulari in conjugio.*

1 ¶ Aurelianenſi] *Hoc idem infrà 32. quæſt. 32. qui dormierit, videtur citari, ex concilio Moguntino. Sed in nullo Aurelianenſi aut Moguntino eſt inventum: quemadmodum neque ſequentia in Triburienſi.*

C. XXXI. ¶ *De eo, qui dormivit cum ſponſa fratris ſui.*

*De ſponſa verò econtra legitur in* concilio Triburienſi.

QVidam *c* deſponſavit uxorem, & dotavit eam, & cum ea coire non potuit: quam clanculò frater ejus corrupit, & gravidam reddidit. Decretum eſt, ut quamvis nupta eſſe non potuit legitimo viro, deſponſatam tamen fratri frater habere non poſſit: ſed mœchus & mœcha fornicationis quidem vindictam ſuſtineant, licita verò conjugia non negentur.

a *Sent. 4. diſt. c. 27. Sup. diſt. 34. ult. Ambroſius ad c. 1. Lucæ, & de inſtitutione virginum, c. 6. & 7.* b *32. q. 7. qui dormierit. Burch. l. 17. c. 3. Ivo p. 9. c. 69.* c *Burch. l. 17. c. 49. Ivo p. 9. c. 100.*



C. XXXII. ¶ *Si quis ſponſam filii ſui oppreſſerit, ſimul cum ea ſine ſpe conjugii maneat.*

*Item ex* eodem.

SI quis *a* ſponſam filii ſui oppreſſerit, & poſtea filius ejus eam duxerit, pater poſtmodum non habeat uxorem, nec mulier virum. Filius, qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat.

*Si illa, quam vir ſororis ſuæ cognoverit, perpetuò copula prohibetur, hic verò, qui ſponſam fratris ſui corrupit, peracta pœnitentia matrimonium contrahere permittitur, apparet hanc non fuiſſe conjugem fratris ejus. ¶ Item mulier cauſa fornicationis à viro ſuo dimiſſa, aut ei reconcilietur, aut eo vivente innupta maneat. Deſponſata verò contrà invenitur in primo libro,* Capitulari, *c. 101. & l. 5. c. [illegible] quibus locis ſic legitur.*

C. XXXIII. ¶ *Si ſponſus raptam recipere noluerit, liceat ſibi alii nubere.*

RAptor *b* pœnitentia publica mulctetur. Raptam verò, ſi eam ſponſus recipere noluerit, & ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur.

C. XXXIV. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Toletano.

STatutum *c* eſt ſacro conventu, ut ſi quis ſponſam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe conjugii maneat. Et ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd ſi poſt hæc conjungere ſe præſumpſerint, utique uſque ad ſatisfactionem 1 anathematizentur.

*In nullo Toletano concilio inventum eſt. Sed fere ead. leguntur concilio Rhemenſi Troſleiano, & lib. 1. Capitul. cap. 105. & [illegible] in legibus Longobard. lib. 1. tit. de rapt. mul. l. 12.*

1 ¶ Vſque ad ſatisfactionem] *Hæc verba non ſunt in Toleiano, neq; in Capitularibus, ſunt tamen apud Burchardum & Ivonem, qui etiam citant Toletanum.*

3 pars. *Apparet* d *ergo hanc non fuiſſe conjugem [illegible] te ſponſo, alteri nubendi licentia non negatur. Quamvis ergo ſecundum Ambroſium, & reliquos Patres, ſponſa conjux appelletur, & his omnibus argumentis conjuges non eſſe probentur [illegible] ptum eſt, quòd conjugium deſponſatione initiatur, commixtione perficitur. Vnde inter ſponſum & ſponſam conjugium eſt [illegible] tiatum; inter copulatos eſt conjugium ratum.*

C. XXXV. ¶ *In deſponſatione conjugium initiatur.*

*Vnde* Ambroſius.

CVm initiatur *e* conjugium, conjugii nomen aſciſcitur, non cùm puella viri *f* admiſtione cognoſcitur.

¶ *Integer textus affertur ſup. ead. cùm initiatur. Ecce quòd in deſponſatione conjugium initiatur, non perficitur.*

C. XXXVI. ¶ *Conjunctorum commiſtio matrimonium perficit.*

*Item* Ambroſius *in lib. 1. de Patriarchis.*

IN omni *g* matrimonio conjunctio intelligitur ſpiritualis, quam confirmat, & perficit conjunctorum commiſtio corporalis.

¶ *Caput hoc non eſt inventum apud Ambroſium, neq; [illegible] apud Hieronymum.*

C. XXXVII. ¶ *Matrimonium ſponſalitia contractione initiatur, commiſtione perficitur.*

*Item* Hieronymus *ſuper Abdiam Prophetam.*

QVapropter *h* in filiabus veſtris fornicabuntur, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.] Notandum eſt, quòd in filiabus dicit fornicationem futuram [illegible]

a *Sentent. 4. diſtinct. 27. Burch. l. 17. cap. 11.* b *Ivo p. [illegible]* c *Sent. 4. diſt. 27. Burch. l. 7. c. 37. Ivo p. 8. c. 171.* d *Sup. [illegible]* e *Sup. [illegible] tiatur. & ſ. ſi quis deſponſata. cum ſequentibus.* f *[illegible] initiatur. Ivo p. 8. c. 2.* f *al. viriſ.* g *Sent. 4. diſt. 26.* h *[illegible]*

& in conjugibus adulteria: quæ ſponſali conventione initiantur, & commiſtione corporum perficiuntur.

C. XXXVIII. ¶ *Cùm deſponſata fuerit tradita, & in uſum deducta, rectè conjunx appellatur.*

*Item* Ambroſius *ad Paternum, epiſt. 66.*

SI quis *a* deſponſata ſibi, & tradita utatur, ritè 1 conjugium vocatur.

1 ¶ Ritè] *Apud B. Ambroſium legitur*, utatur, conjugium vocat. *Sicut etiam apud Ivonem. Et quæ antecedunt, ac ſequuntur, oſtendunt aliam fuiſſe ipſius mentem, atq; Gratianus pinxerit, & auctor Panormiæ.*

*Quare autem poſt nuptialia pacta non ſtatim tradantur ſponſæ, Auguſtinus in libro octavo confeſſionum, c. 3. oſtendit, dicens.*

C. XXXIX. ¶ *Quare ſponſa poſt pactum non ſtatim tradantur.*

INſtitutum eſt *b*, ut jam pactæ ſponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpiraverit ſponſus dilatam.

*In hac diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Auguſtini. [Non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe commiſtio ſexus.] Ad matrimonium perfectum, ſubintelligendum eſt, tale videlicet, quod habeat in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum eſt. ¶ Sed objicitur illud Auguſtini. [Inter Mariam & Ioſeph fuit perfectum conjugium.] Sed perfectum intelligitur non ex officio, ſed ex iis, quæ comitantur* c *officium conjugii, ex fide videlicet, prole, & ſacramento. Quæ omnia inter Chriſti parentes fuiſſe, auctoritate Auguſtini probantur. Cuncta ergo, quæ de non ſeparando conjugio inducta ſunt, de perfecto intelliguntur, quod ſponſali conventione eſt initiatum, & officio corporalis commiſtionis eſt conſummatum. Illa verò quibus ſeparabile conjugium oſtenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum officii ſui perfectum eſt. ¶ Poteſt & aliter diſtingui. Sponſæ appellantur conjuges conſuetudine ſcripturæ, ſpe futurorum, non effectu præſentium. Unde Ambroſius* d *cùm dixiſſet, [cùm initiatur conjugium] non addidit, tunc res, vel effectus, ſed [tunc nomen conjugii adſciſcitur.] oſtendens tales conjugii nomen habere, non rem, vel effectum. Item Auguſtinus cùm de parentibus Domini loqueretur, ait: [conjuges fuerunt mente, non carne, ſicut & parentes.] Ex quo datur intelligi, quòd ſicut Ioſeph Pater Domini dictus eſt non effectu generis, ſed officio, & cura providendi, ſic & conjunx matris ejus appellatur non conjugii effectu, ſed ſubminiſtratione neceſſariorum, & individuæ* e *mentis affectu. Hinc Auguſt. ait: [Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.] conjugem nominatur, quia futura erat uxor. Hinc & Beda ſuper Leviticum* f, *[ſi quis ſponſam alterius violaverit, &c.] ſponſam uxorem dixit, non quæ tunc erat, ſed quæ futura erat uxor. Hinc etiam* Hieronymus *ſuper Matthæum in Evangelio* g, *[Cùm eſſet deſponſata.]*

C. XL. ¶ *Conſuetudine ſcripturæ, ſponſæ conjuges, & ſponſi viri appellantur.*

GEnuit Ioſeph virum Mariæ.] ¶ Cùm virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum, ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſi, viri, & ſponſæ, vocentur uxores. & ſ. ¶ Non ab alio inventa eſt, niſi à Ioſeph: qui penè licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. & ſ. ¶ [Ioſeph filii David, &c.] jam & ſupra diximus ſponſas uxores appellari, quod plenius liber adverſus Helvidium docet.

C. XLI. ¶ *De eodem.*

Item *ſuper Geneſim.*

EGreſſus *a* itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias ſuas.] In ſequentibus filiæ Loth virgines eſſe dicuntur. Et ipſe ad Sodomitas dixit: *b* [Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognoverunt virum.] Nunc autem dicitur, habuiſſe generos. Quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt, in Sodomis periiſſe, & quæ virgines erant, cum patre exiiſſe. Sed Hebraica veritas habet, [Egreſſus Loth locutus eſt ad ſponſos 1, qui accepturi erant filias ejus.] Necdum igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

*In hoc capite Gratianus retulit verba gloſſæ ordinariæ in cap. 19. Gen. ex Hieronymo.*

1 ¶ Sponſos] *Sequebantur hæc*, ſuos, quod quidem magis verum eſſe videtur ex hoc quod ſequitur, qui accepturi, &c. *quæ ſunt expuncta, quia neq; apud B. Hieronymum, neq; in gloſſa ordinaria habentur. Ex iiſdem verò addita ſunt à verſ.* Necdum. *uſq; in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.*

*Unde datur intelligi, quòd ſcriptura ſponſos generos vocat.*

C. XLII. ¶ *Maria conjunx dicitur more ſcripturæ, cùm ſimpliciter ſponſa eſſet.*

*Item* Ioannes *os aureum homilia quarta ad c. 1. Matth.*

PRiuſquam convenirent.] Non dixit, priuſquam in ſponſi adduceretur domum. Hunc quippe morem ſervabat antiquitas, ut ſponſæ in ſponſorum domibus haberentur. Quod nunc quoque fieri interdum videmus. Vt *c* enim generi Loth apud ſocerum leguntur habitaſſe, cum ſponſis nondum ſibi copulatis lege conjugii; ſic habitabat etiam *d* Maria cum ſponſo. & ſ. ¶ Neque enim eam voluit de domo expellere, ſed dimittere. & ſ. ¶ [Noli *e* timere accipere Mariam conjugem tuam:] Quo ſermone ſponſam ſimiliter indicavit; ſicut etiam eos, qui adhuc ſponſi ſunt, generos appellare ſcriptura conſuevit. Quid enim eſt (accipere?) domi profectò retinere. Iam enim illam mente dimiſerat. & ſ. ¶ Sicut enim poſtea illam commendavit Chriſtus ipſe diſcipulo, ſic & nunc Angelus copulat ſponſo, non in fœdus ſolenne conjugii, ſed in conſortium communis habitaculi.

C. XLIII. ¶ *Dominus non commendaſſet matrem diſcipulo, ſi eam Ioſeph cognoviſſet.*

Idem *homilia 5. ad idem c. 1. Matth.*

SI enim cognoviſſet eam, & loco habuiſſet uxoris, quomodo illam Dominus quaſi abſque ſolatio, & nihil penitus habentem, diſcipulo commendaſſet, jubens *f* illi, ut eam reciperet ſuam?

C. XLIV. ¶ *Maria uxor Ioſeph appellatur, quia ſic ab eo putabatur futura.*

*Item* Origenes *in eodem, homilia 1. Evang.*

INventa *g* eſt habens in utero] A B. Ioſeph, qui licet eam non contingeret, futuræ tamen, ut putabatur, uxoris omnia noverat. & ſ. ¶ Si tibi uxor nominatur, ſi deſponſata 1 tibi eſſe dicitur, non tamen tibi uxor eſt, ſed Dei unigeniti electa mater eſt. & ſ. ¶ Dico conjugem propterea, ut diabolo virginitatem ejus occultem, & ut Iudæorum pravitatem excludam, atque dejiciam, & ut legis inſtituta non deſtruam. In conſequentibus demonſtrabo, quod nec iſta tua conjunx, ſecundùm conſuetudinem conjugii habeatur, nec iſte qui generatur, tuus filius eſſe credatur.

1 ¶ Deſponſata] *Sic eſt emendatum ex ipſa homilia. Antea legebatur*, & ſi in deſponſatione uxor tibi eſſe dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata & addita.*

---

a Ivo p. 8. c. 101. Pann. l. 6. c. 17. b *Sent. 4. diſt. 27. Ivo par. 8. c. 23. Panorm. l. 6. c. 18. Sup. ead. non dubium. Sup. ead. cùm ſocietas. Sup. ead. B. Maria.* c *al. comitantur conjugium.* d *Sup. ead. conjunx.* e *al. individuo. ſup. ead. conjunx.* f *Ad c. 1.* g *Matth. 1.*

a *Beda in quæſtionibus in Geneſ. ex Hieron.* b *Geneſ. 19.* c *Geneſ. 19.* d *Matth. 1.* e *Copioſius in homilia.* f *Ioan. 19.* g *Copioſius in homilia.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. XLV. ❡ *Ad nuptias Mariæ Ioſeph non pervenit.*

*Item* Gregorius *in expoſitione Evangelii, homilia 26.*

SIc quippe *a* diſcipulum Dominus poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit, nec tamen in dubitatione deſeruit, ſicut ante nativitatem ſuam habere Mariam ſponſum voluit, qui tamen ad ejus nuptias non pervenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans, & palpans teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimæ virginitatis.

*Ex his omnibus auctoritatibus apparet, ſponſas conjuges appellari ſpe futurorum, non re præſentium. Quomodo ergo conjuges à prima fide deſponſationis appellantur, ſi iſta, quæ aſſeritur ſponſa, conjunx eſſe negatur? Sed à prima fide deſponſationis conjunx dicitur appellari, non quòd in ipſa deſponſatione fiat conjunx, ſed quia ex fide, quam ex deſponſatione ſibi invicem debent, poſtea efficiuntur conjuges: ſicut per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptiſmum per fidem remittantur, ſed quia fides eſt cauſa, quare in baptiſmo à peccatis emundamur.* ❡ *Illud autem Ioannis Chryſoſtomi:* [*Matrimonium* b *non facit coitus, ſed voluntas.*] *Item illud Ambroſii* c [*Non defloratio virginitatis, ſed pactio conjugalis matrimonium facit.*] *ita intelligendum eſt: coitus ſine voluntate contrahendi matrimonium, & defloratio virginitatis ſine pactione conjugali non facit matrimonium, ſed præcedens voluntas contrahendi matrimonium, & conjugalis pactio facit, ut mulier in defloratione ſuæ virginitatis, vel in coitu dicatur nubere viro, vel nuptias celebrare.* ❡ *Item Syricius Papa* d *diſceſſionem ſponſæ à ſponſo vocat conjugalem ſeparationem.* ❡ *Sed talis diſceſſio dicitur violatio conjugii non jam exiſtentis, ſed futuri, ut ex ipſa deſponſatione ſperabatur. Sic & diabolus dicitur cecidiſſe à beatitudine, non ſolùm quam tunc habebat, ſed etiam, ad quam habendam creatus erat.* ❡ *Sic qui merito ſuæ vitæ vel* e *ſcientiæ in ſacerdotem, vel Epiſcopum eligitur, ſi interim electionem ſuã caſſari meruerit, dicitur amittere ſacerdotalem vel epiſcopalem unctionem, non quam acceperat, ſed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate ſponſa conjunx poteſt probari. Sed concedatur quòd ſponſa non ſit conjunx, tamen quæritur, utrum liceat renunciare priori conditioni.*

C. XLVI. ❡ *Puellæ deſponſatæ prioribus reddendæ ſunt, ſi eis raptæ fuerint.*

*Hoc autem prohibetur auctoritate* Ancyrani concilii, *c. 11. in quo ſtatutum ſic legitur.*

DEſponſatas *f* puellas, & poſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus antè fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit.

C. XLVII. ❡ *Communione privetur ſponſa, niſi raptorem deſerere, & ad ſponſum ſuum redire voluerit.*

*Item* Ioannes octavus 1 *Roſtanno Epiſcopo.*

ATho *g* præſentium lator, dum in noſtro ſervitio fideliter excubaret, quendam virum fœminam ſibi deſponſatam conqueritur rapuiſſe. Et ideò fraternitas tua noſtra auctoritate ſuffulta, ſuffraganeos ſuos Epiſcopos præſentialiter convocet, & ſic unanimi ſententia, ſi ſponſam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, ſi ad priſtinum ſponſum remeare noluerit, omni communione priventur.

1 ¶ Octavus] *Sic eſt reſtitutum ex pleriſq. vetuſtis, & Ivone. In vulgatis erat,* Chryſoſtomus.

4 pars. *Sed aliud eſt priori conditioni renuntiare, & de nuptiis cum alio agere: aliud eſt rapi, hoc eſt, illicitè conſtuprari.*

C. XLVIII. ❡ *Quid ſit raptus.*

*Unde* Iſidorus *Etymolog. lib. 5. c. 26. ait.*

RAptus *a* eſt illicitus coitus, à corrumpendo [illegible] unde qui rapta potitur, ſtupro fruitur.

*Hæc autem non ab alio rapta, ſed alii deſponſata [illegible]tur.*

C. XLIX. ❡ *Ibi raptus admittitur, vel puella adducitur, de cujus antè nuptias nihil actum probatur.*

*Raptam verò talem dici prohibet* Gelaſius Papa, *dicens.*

LEx *b* illa præteritorum Principum ibi raptum [illegible] eſſe commiſſum, ubi puella, de cujus antè nuptiis [illegible]hil actum fuerit, videatur abducta.

5 pars. *Quod autem in fine capituli ſubjungitur* [*etiam ſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit.*] *ideò additum eſt, quia raptarum aliæ ſe rapiendas exponunt, aliæ violenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ ſunt. Hæc autem, ut ſupr. dictum eſt, non inter raptas, ſed inter alii deſponſatas numeratur, & ideò* c *non eſt huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus iſta prohibetur nubere [illegible] & jubetur redire ad priora vota.*

C. L. ❡ *Puellam alii deſponſatam alter accipere non valet.*

*Ait enim* Syricius Papa *Hymerio Epiſcopo Terraconenſi, epiſt. 1. c. 4.*

DE *d* conjugali violatione requiſiſti, ſi puellam [illegible]ri deſponſatam alter in matrimonium poſſit accipere. Tale 1 ergo connubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles, cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla tranſgreſſione violetur.

1 ¶ Tale ergo] *In epiſtolarum Syricii codicibus, & [illegible] ce canonum, & apud cæteros collectores (præter Pannormiam, [illegible] capitular. Caroli Baſileæ impreſſis, lib. 1. c. ult. legitur:* [illegible] fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam [illegible] mentio anathematis, non eſt mutatum.*

*Sed auctoritate hac Syricii illa prohibetur ad ſecunda vota [illegible]ire, quæ in propriam domum eſt ducta, & cum ſponſo [illegible] ta & benedicta. Talium diſceſſione violatur benedictio [illegible] pturæ ſacerdos imponit. Verum hanc necdum ſponſus in ſuam [illegible]xerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate hujuſmodi copula prohibetur.* ❡ *Item illud Euſebii Papæ* [*Deſponſatam* e *puellam non licet parentibus alii viro tradere*] *ſimiliter & de hujuſmodi deſponſata intelligitur, quæ videlicet [illegible] ſponſo eſt velata & benedicta.* ❡ *Item objicitur illud Gregorii* [*Quæ propter frigiditatem à viro ſuo ſeparata eſt, & [illegible] vir ejus aliam cognoverit, illa eſt detrahenda ſecundo, & [illegible] primo.*] *Sed eodem modo ſolvitur: quia iſta videlicet [illegible] nedictionem acceperat.*

[*Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus.*]

❡ *Etiam in decretalibus tit. de ſponſa duor. c. 1. citatur [illegible]* guſtino, *apud quem non eſt inventum.*

C. LI. ❡ *Si quis alicui mulieri conſenſus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere.*

PALEA.

DVobus modis dicitur fides, pactionis & conſenſus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, [illegible] debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam [illegible] bet agere de fide mentita, maneat tamen cum illa, [illegible] duxit. Non enim reſcindi debet tantum ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

*Eſt autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quòd eam ducet, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, [illegible]*

a *Ioan. 20.* b *Sup. ead. matrimonium.* c *Sup. ead. cùm mittatur.* d *Infr. c. de conjugali.* e *al. &.* f *Anſ. l. 10. c. 8. Burch. l. 9. c. 38. Ivo p. 8. c. 176. Pannorm. l. 6. ca. 19.* g *Ivo p. 14. c. 64.*

a *36. q. 1. raptus. Ivo p. 8. c. 26. Pann. l. 6. c. 13.* b [illegible] *lex illa. In codice Theod. lib. 8. tit. 24. de raptu virg. vel viduarum* [illegible] *le. 1. Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 11.* c *Sup. deſponſatas.* d [illegible] *ibid. Anſ. l. 10. c. 9. Bur. l. 9. c. 31. Ivo p. 8. c. 169. Pann. l. 6. c.* [illegible] *ead. deſponſatam.* f *Infr. 33. qu. 1. requiſiſti.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*etiam pro conſenſu. Fides autem conſenſus eſt, quando etiamſi non ſtringit manum, corde tamen & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt unus alii, & mutuo ſe ſuſcipiunt.*

## CAVSA XXVIII.

*QVidam infidelis in conjugio poſitus ad fidē converſus eſt, uxor verò odio fidei Chriſtianæ ab eo diſceſſit. Ille quandam fidelem in uxorem accepit, qua mortua clericus efficitur. Tandem vita & ſcientia merito in Epiſcopum eligitur.*

1 *Hic primum quæritur, an conjugium ſit inter infideles.*

2 *Secundò, an liceat huic aliam ducere, priore vivente.*

3 *Tertiò, an ſit reputandus bigamus, qui ante baptiſmum habuit unam, & poſt baptiſmum alteram.*

## QVÆSTIO I.

1 *QVod autem inter infideles conjugium non ſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim* a *Paulus: [Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.] Conjunctio autem infidelium non eſt ex fide: & ideò peccatum eſt. Non eſt conjugium, quia nullum conjugium peccatum eſt.* ¶ *Item* b *Auguſtinus* 1: *[Non eſt vera pudicitia hominis infidelis cum conjuge ſua.] Ubi autem vera pudicitia eſſe non poteſt, ibi nec verum conjugium eſt.* ¶ *Item Ambroſius* 2 *[Juſſit Eſdras dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non eſt enim putandum matrimonium, quod extra Dei decretum eſt factum. Sed cum cognoſcitur, eſt emendandum.] Item Auguſtinus* 3 *[Non eſt ratum conjugium quod ſine Deo eſt.] Ex his omnibus auctoritatibus probatur conjugium non eſſe inter infideles. Sed econtra aliæ inveniuntur auctoritates, quibus probatur conjugium eſſe inter infideles. Quarum prima eſt illud Evangelii, quod Chriſtus ait* c: *[Erunt quinque in una domo, duo in tres, & tres dividentur in duos.] Deinde cum perſonas illas enumeraſſet, uxorem in virum eſſe dividendam dixit, & econverſo.* ¶ *Item. [Qui* d *non odit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut ſororem propter me, non eſt me dignus.] Uxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* ¶ *Item. [Omnis* e *qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut ſororem, vel uxorem propter me, centuplum accipiet, &c.] Verùm in his locis infidelem ſignificat, quæ propter Chriſtum dimittitur, dum potius ipſa, quàm Chriſti fides deſeritur.* ¶ *Item Apoſtolus* f *[Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſenſerit habitare cum illo, non dimittat illam: & ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.]* ¶ *Item ad Titū* g. *[Hortare adoleſcentulas, ut diligant viros ſuos.] Hoc tam de fidelibus, quàm de infidelibus intelligendum eſt. Infidelibus namque viris mulieres propenſius propter Deum debent obſequi, ut ſic viros ſuos Chriſto lucrari valeant.* ¶ *Sicut in paſſione B. Clementis* h *de Theodora & Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.*

1 ¶ Auguſtinus] *Verba ipſa B. Auguſtini referuntur* ꝗ. *ead. ſ. eum. verſ. nec vera.*

2 ¶ Ambroſius] *Hæc ſunt potius accepta ex gloſſa ordinaria ad locum indicatum.*

3 ¶ Auguſtinus] *Hoc non eſt inventum apud B. Auguſtinum. Verum apud B. Ambroſium in idem c. 7. primæ ad Corinthios hæc leguntur:* Non enim ratum eſt matrimonium, quod ſine Dei devotione eſt, *& ſimilia in gloſſa ordinaria, ibidem ex B. Ambroſio.*

C. I. ¶ *Bigami probantur, qui ante baptiſmum habuerunt unam, & poſt baptiſmum alteram.*

a *Rom. 14.* b *Lib. 1. de adult. conjug. c. 18. Sent. 4. diſt. 39. Ad c. 7. 1. ad Corin. & ibi gloſſ. ordin.* c *Luc. 12.* d *Luc. 14.* e *Matth. 19.* f *1. Cor. 7.* g *Ad Tit. 2.* h *In Abdia hiſtoria, & una S. Clementis antiqua.*

*Item* Innocentius Papa *Ruffo & Euſebio Epiſcopis Macedonibus, epiſt. 23. cap. 2.*

NVmquid non a erunt admittendi in hæreditatis conſortium, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit uxor? eruntque appellandi vel naturales, vel ſpurii, quia non eſt matrimonium legitimum (ut vobis videtur,) niſi illud, quod poſt baptiſmum aſſumitur? Ipſe Dominus cùm interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit b [Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.] Ac ne de his puteretur eſſe locutus, qui poſt baptiſmum uxores ſortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſollicitus quæro, ſi una & eadem ſit uxor ejus, qui antea catechumenus, & poſtea fit fidelis, filioſque ex ea, cùm eſſet catechumenus ſuſceperit, & poſtea alios filios, cùm fidelis; utrum ſint fratres appellandi, an non habeant poſtea defuncto Patre cum cæteris herciſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritalis creditur abſtuliſſe? Quod cùm ita ſentire atque judicare abſurdum eſt, quæ (malum) ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione jactari, quàm aliqua auctoritate roborari, cùm non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus injunxit?

C. II. ¶ *In fidelis poteſtate ſit, poſt baptiſmum uxorem recipere, quam ante dimiſerat.*

*Item ex decreto* Eutychiani Papæ.

2. ps. SI quis c gentilis gentilem uxorem dimiſerit ante baptiſmum, poſt baptiſmum in poteſtate ejus erit, eam habere, vel non habere.

C. III. ¶ *Fidelis infidelem diſcedentem ſequi non cogitur.*

Idem.

SImili d modo, ſi unus ex conjugatis baptizatus eſt, & alter gentilis, & ſequi non vult, ſicut dicit e Apoſtolus, infidelis ſi diſcedit, diſcedat.

C. IV. ¶ *Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum fideli habitare noluerit.*

*Item* Auguſtinus *de fide & operibus, c. 16.*

VXor 1 legitima f ſocietate conjuncta, ſine ulla culpa relinquitur, ſi cum viro Chriſtiano permanere noluerit. Non attenditur eo modo illam rectiſſimè dimitti, ſi viro ſuo dicat: non ero uxor tua, niſi mihi de latrocinio divitias congeras, aut niſi ſolita lenocinia, quibus noſtram domum tranſigebas, etiam Chriſtianus exerceas, aut ſi quid aliud vel facinoroſum, vel flagitioſum in viro noverat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facilem victum habebat, vel etiam ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hæc dicit, ſi veraciter egit pœnitentiam g ab operibus mortuis, quando ad baptiſmum acceſſit, habetque in fundamento fidem, quæ h per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore divinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ: & membrum, quod eum ſcandalizat, fortiter amputabit.

1 ¶ Vxor] *Locus Auguſtini ſic habet:* Quamobrem & illud, quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat ſola fides, ubi Apoſtolus dicit, quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non eſt enim ſervituti ſubjectus frater aut ſoror in hujuſmodi, id eſt, ut propter fidem Chriſti etiam ipſa uxor legitima ſocietate conjuncta, ſine ulla culpa relinquatur, ſi cum viro Chriſtiano propter hoc quod Chriſtianus eſt, permanere noluerit, non

a *Sup. diſtinct. 26. deinde §. numquid. Burch. l. 4. c. 33. Ivo p. 8. c. 303. Pann. l. 6. c. 96.* b *Matth. 19.* c *Burch. l. 9. cap. 59. Ivo p. 8. c. 195. Pann. l. 6. c. 95.* d *Burch. l. 9. c. 60. Ivo p. 8. c. 196. Pann. l. 6. c. 97.* e *1. Cor. 7.* f *Beda 1. Cor. 7. Ivo p. 8. c. 25. Pann. lib. 3. c. 22.* g *Hebr. 9.* h *Galat. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN